(3)

# EPITOME LAVDVM SVEVO rum atq; principis noſtri Vdalrici ducis Vuirtenbergenſis & Thec. De captiuitate & proditione ducis mediolani, Et de men daciis quorundã hiſtori corum

Bibliothek der Ludwigs-Universität * Gießen *

119

ARGVMENTVM HENRICI BEBELII IN
totum opuſculum Ad Conradum Thum

Accipe nobilium ſpecimen Conrade uirorum
Quæ tibi magnanimo noſtra camena dicat
Inuenies breuibus ſueuorum grandia geſta
Quæ quondam uberius ſcribere mente ſedet
Inuenieſq; tui uel ſub iuuenilibus annis
Principis inuicti, geſta, trophea, decus
Hiſtoricos etiam non omni parte placentes
Quos odium traxit, mulſit & ipſe fauor
Quod ſi grata tibi fuerint habitura fauorem
Plurima poſt ſcribam plus placitura, Vale.

# EPITOME LAVDVM SVEVORVM ATQVE PRINCIPIS NOSTRI VDALRICI, DE CAPTIVITATE ET PRODITIONE DVCIS MEDIOLANI, ET DE MENDACIIS QVORVNDAM HISTORICORVM

Viro nobili atq; magnanimo Conrado Thum ex Neuburg, princi
pis noſtri illuſtriſſimi magiſtro equitũ, hoc eſt uulgo Marſcalco meritiſſi-
mo Henricus Bebelius Iuſtingenſis poeta laureatus. S. D.

Vm nuper legiſſem Conrade magnanime, apud Iacobũ Ber-
gomenſem auctorem ſupplemẽti chronicarum Ludouicum
c Mediolani ducem proditorie eſſe in manus gallorũ traditum,
ab angelis quibuſdam (ut ipſe ait) & ſueuis, factũ omnibus an
nalibus deteſtabile, ſum profecto plus ꝙ dici poteſt ſtomachatus. Nã ſi
hoc uerum eſſet, nos ſueui maculam & crimen nulla deinceps ætate, nulla
uirtute abolendum contraheremus. Nam ſi fidei noſtræ creditos nõ mo-
do deſereremus, Verum etiã proderemus, eſſemus profecto liberis & ne
potibus noſtris pudori & uerecũdiæ, ꝙ primi maiorũ partam gloriã per
ſummam ignominiã denigraremus atq; amitteremus, Ne igitur optima
ſueuorũ fama, fides, integritas, animoſitaſq; & fortitudo animi, quæ a ma
ioribus noſtris honeſtiſſima atq; pręclariſſima accepimus, ignauia noſtra
perderẽtur, neue tam peſſimũ exemplũ noſtrorũ temporũ inultũ aut non
excuſatũ, falſo & mẽdaciter ad poſteros tranſmitteretur, credidi mihi &
unicuiq; ſueuo cõuenire, ſe ſuãq; patriã (pro cuius ſalute ipſum ſpiritũ de-
uouendũ eſſe exiſtimo) ab inaudito periurij & uiolatæ fidei crimine uin-
dicare. Ego aũt fidei ſueuorũ ſplendorẽ omibus retro ſeculis intactũ & in
hanc uſq; diem incõtaminatũ oſtẽſurus, ad quem potius ſcribam aut ubi
conquerar hanc iniuriam cõmodius & iuſtius, ꝙ apud te illuſtriſſimi ſue-
uiæ noſtræ principis hominẽ primariũ & familiariſſimũ: Qui cũ habeas
animũ nobilem excelſum & magnificũ, corpuſq; ipſum & ſanguinẽ pro
laude & ſalute patriæ exponere nũꝙ dubitares, apud eumq; principẽ ſis
cuius inuictiſſim9 animus & maximus nihil abiectũ & humile, ſed magni
ficum, ſemper & egregiũ cogitat & facit, putaui hanc meã publicã apolo-
giam & ſueuorũ defenſionẽ apud te & principem noſtrũ inprimis maxi-
mũ pondus habiturã, plauſibiliterq; & ſummo fauore excipiẽdam. Nam
ut de principe primũ loquar. cum ſit ille nobiliſſimorũ, ab antiquiſſimiſq;
temporibus laudatiſſimorũ ſueuorũ dominus & princeps quo animo ac
cipiat quęſo, iuxta accuſationẽ præfati ſcriptoris, ſe atq; ſuos ita degenera
re a maioribus ſuis, tantumq; crimen inferre glorię ſueuorum, ut cum ma
iores noſtri ſint a fide celebratiſſimi, ſui ſuo tempore per inauditam viola
tæ fidei impudentiam infamarentur: Hanc igitur falſam & mendacem
accuſationem iniquiſſimo laturum animo nunꝙ dubitabo, Nam cum

Illius inceſſum uirilē tacitus intueor,morum grauitatē conſiliorūq; ſupra adoleſcētiā maturitatē,fortitudinē,magnitudinēq; animi uerissimis aſſertoribus accipio,quē neq; permoueāt tubarū fractę uoces,neq; hortendus militū clamor,neq; arma late perſtrepētia,aut bōbardarū (ut ita loquar) uiolentia,atq; omniū tormentorū inſanus horror,Quę oīa princeps adoleſcens inclutus ferro,loricaq; onuſtus ex innata uirtute negligat,& qui ad omnem tumultū infracto animo inter primos uideatur,hoc eſt manu ſtrenuus,in ſubeundis periculis conſtās,atq; in rebus moliendis efficiēdisq; uelox,& qui extra militarē diſciplinā non in ocioſa uita atq; delicijs corrupta Sed in iugi exercitatione armorū,uenationibus cæteriſq; rebus quæ homini tolerantiā patientiāq; laborū præbent,conſiſtat, maximāq; partē uitæ conſumat,cuiq; nihil eneruē,nec quod animos uirorū aut molliret aut frangeret,placeat, Videtur mihi profecto princeps ille meus ad ueterū & maiorū ſuorum gloriā ab omni iniuria uindicandā fato quodā progenitus.Et quicquid in Conradino ultimo ſueuorū duce,rege Hieruſalem atq; utriuſq; Siciliæ,Proh hominū atq; deorū fidem,amiſimus,in hoc uno nos recuperaturos ſpero conſtātiſſime,Et maximū certe iam experimentū de ſe exhibuit,qui contra hoſtes hactenus toti germaniæ formidabiles mira fœlicitate & iuſtiſſimo bello ita enituit,ita ſuos ab iniuria latronū atq; hoſtium tutatus eſt,tam ampliſſime fines ſuæ ditionis protulit,ita adoleſcentiæ annos triūphalibus glorijs imbuit,ita iniuriā prius acceptā atq; cōtemptum prioris ſeculi matura uindicta ultus eſt.ut certiſſima ſpes ſit eū ſuos maiores longe ſupergreſſurū.Et antiquitatis uenerabilia nomina Fœdricorū,Heinricorū,Conradorū,gētilium ſuorū, eorūq; fœliciſſimas res geſtas,ęmulaturū glorioſiſſime,Quod ſi manipulatim eius laudes immortaleſq; uirtutes enarrare uellem,non foris ſolū ſed etiā domi dicerē,quanta principis eſſet in ſubditos iuſtitia,q̄ iuſtis legibus præclariſſimiſq; maiorꝝ inſtitutis,pręcipuaq; humanitate ſibi cōmiſſos gubernaret,nec quē ad bona ciuiū diripienda auaritia cecum impellat,nec libido præcipitē ad uoluptatē inflāmet,nec crudelitas ad ciuiū cedem prouocet,ſed qui modeſtia,tēperātia atq; clementia regni perpetui inſtrumētis ſuum dominiū cōſtituat,ſed ad alia maturanti mihi non eſt inſtitutū hic aliud agere q̄ cōqueri apud principē iniuriā nobis factam,quē eo iniquius laturū eam ipſam exiſtimo.Nam dū eius ingens animus nihil niſi egregiū cogitet,& illā egregiam cogitationē iam rebus geſtis declarauerit,ſitq; in futurū maxime declaraturus,cur non & ipſe timeat,ſi ita mēdatia ſcriptorū ꝑ libito cuiuſq; tolerarentur,ueuturū qui eius etiā uirtutes,& res optime geſtas mēdacijs obfuſcaret? Ad te aūt Conrade magnanime potiſſimū ſcripſi,Nam cum tantū ualeas auctoritate,conſilio & fide apud principē,q̄rum alius nullus,nec te ꝙ primo loco ſis apud illum,fælicitatis pediſſequa ſuperbia arrogātem reddiderit,ſed ſis facilis & adeūtibus benign⁹,credidi ego me tibi rē

facturũ gratiſſimã, ſi ſueuos cũ ueritate ab inaudito crimine excuſarẽ. Dũ
te pro re publica ſueuorũ, pro laude & gloria principis & patriȩ, non opes
ſolũ & fortunas bonaq́ʒ uniuerſa, uerum ſanguinẽ ipſum effundere nunq̃ʒ
dubitabo. Nam cum ſuperioribus annis princeps noſter uictorioſus fœli-
ciſſimo bello & iuſtiſſimis belli cauſis memorabiliq́ʒ exercitu ſumma cũ
laude & gloria fines ſuæ ditionis deuictis oppidis caſtellis atq́ʒ arcibꝰ, na
tura loci opereq́ʒ munitiſſimis, non mediocriter ꝓtuliſſet (ut ſuperius di-
xi) tu profecto (citra adulationẽ rem oĩbus notã ingero) oĩum rerum
gerendarũ curã ſuſcepiſti uigilantiſſimus, ita, ut imperator eſſes cõſilio, mi
les exemplo & labore, Tu omnia caſtrẽſia munera primus, aut cũ primis
obiuiſti, & oĩa quæ cõſueuerũt fieri in militia, ſtare pro ſignis, excubias
forte agere, uallũ ferre, locũ bello ante capere, caſtrametari, oĩbus rebꝰ
cũ primis adeſſe, quæ oppugnationi arciũ & caſtrorũ idonea uiſa eſſent,
Loriculas item, hoc eſt foſſas pro excubijs, ad expugnationẽ ducere, atq́ʒ
bombardas, quæ dicũtur & tormẽta in hoſtiũ atq́ʒ mururũ exitium atq́ʒ
ruinã collocare & diſponere neglexiſti nũq̃ʒ, Et ſicut primꝰ ſemper iuſſiſti,
ita primus labore & iuſſa tua capeſſiſti. Hæc omnia huc pertinẽt, ut ꝓ lau-
de & gloria, pro ſalute deniq́ʒ patriȩ non ſolũ nullũ laborẽ ſubterfugeris,
uerũ etiã honeſta uulnera & mortẽ ipſam omnino cõtempſeris, Qꝛ ſi hæc
principis geſta immẽſiq́ʒ tui labores pro patria, falſo & mẽdaciter ad po-
ſteros tranſirent, quo animo ferres? q̃ʒ ȩgerrimo, facilime cõiecturari po-
teſt. Quæ cum ita ſint, & ego ſumma neceſſitate inauditam ignominiam
ſueuis falſo impoſitã expurgare pro mea portiõe inſtituerim, elegi te unũ
cui hunc laborẽ meum honeſtiſſimũ dedicarem. Quẽ eo accipias animo
precor, quo ſcripſi, & me tuo patrocinio & cõmendatiõe nũq̃ʒ dedignabe
re. Qꝛ ſi feceris (uti bene ſpero) uidebis nihil quod in me beneficij contule-
ris, aut minus recte poſitũ aut non ratione collocatũ, Vale & commenda
me principi noſtro, ad quem ornandũ & celebrandũ, atq́ʒ ad patriam pro
uiribus illuſtrandã atq́ʒ ab iniuria aſſerendam, omnem induſtriã meã, om
nem ingenij ſi qua eſt uim hoc eſt omne negocium & ocium effundam ſtu
dioſiſſime. Iterum uale Tubingæ.



121

ſ

Cripturo igitur mihi defenſionē ſueuorū, libuit obiter & uere
cunde in eorum laudibus prædicandis immorari. Quorū ta-
mē immortalia facta reſq; præclariſſime geſtę maxima ex par
te ſcriptorū penuria uenerūt in obliuionē. Nã eorū qui fecere uirtutes (ut
ait Criſpus & Hieronymus) tanta habetur auctoritas, quanta eam uerbis
potuere extollere præclara ingenia, uti Alexander magnus ad Achillis tu
mulum non obſcure demonſtrauit. Quæ cum ita ſint, & germania nulles
unq̃ habuerit rerum ſcriptores, ſaltē uetuſtos, ego ſæpe alias ut nunc ger-
maniæ motus cōmiſeratione, nihil a dijs immortalibus maiori uoto religi
oſiuſq; optaui in rebus profanis, q̃ nobis ab antiquo fuiſſe rerū ſcriptores,
qui citra omnem uel affectionem uel adulationē res germanas ſcriptitaſ-
ſent. Qui ſi fuiſſent non aliunde exemplū omniū uirtutum petendū eſſet,
q̃ a ſueuis, Quod cum ſcriptores defuerint nobis, triplici ex cauſa res no
ſtræ fortiter geſtæ uenerunt in obliuionem. Primum enim uehemētiſſi-
ma ſuſpitione carere non poſſum, quin Romani (quibus ſemper fere ger-
mani & ſueui hoſtes fuere) quantum potuerint, geſta noſtrorum uel igno
ratione, quippe quibus nunq̃ tota germania cognita fuit, uel odio, ꝓprięq;
laudis ſtudio extenuare uel obfuſcare, uel ſua plus ę quo dilatare & extol-
lere non neglexerint, adeo, ut (teſte Ioſepho) aut Ro. obſequio aut externo
rum odio contra fidem rerū falſa cōfirmauerint, Vt dum Romanos uo-
luerunt oſtendere magnos, externorū res extenuauerint, & in humilitatē
deiecerint. vt idem teſtatur Ioſephus. Quod & ſi cæſar Iulius, Titus Liuius,
Suetonius, Cornelius tacitus, Et alij non nulli fide digni habentur ſcripto
res, ſicuti nec ego inficias ire uolo, multo tamen laudatiores & magis cele
bres cōtenderim eſſe germanos, ſi & hos ipſos eſſe germanos contigiſſet,
Adeo nemo noſtrum eſt, quē non patriæ dignitas & amor interdū per-
moueat, ut longe liberalius & effuſius diſertiuſq; in illius laude recēſenda,
q̃ exterorum & præſertim inimicorū rebus glorioſe geſtis perſiſtat. Ad
quod credendū iuſtiſſimis rationibus inducor. Nam Flauius uopiſcus hi
ſtoricus ait neminem non hiſtoricū, q̃tum ad hiſtoriam pertinet, aliquid
eſſe mentitum, Addit quoq;, proderem quin etiã in quo Liuius, in quo Sa
luſtius, in quo Cornelius Tacitus, in quo deniq; Trogus manifeſtis teſtib9
cōuinceretur. Præterea ſcribe, inquit ut libet, ſecurus, quod uelis dices, ha
biturus mēdaciorum comites, quos hiſtoricæ eloquētiæ miramur aucto
res. Et Aſinius Pollio dixit, parū diligenter, parūq; integra ueritate cōpoſi
tos cōmentarios cæſaris. Et Cicero, quæ enim cæſar nunq; neq; fecit neq;
feciſſet, ea nunc ex falſis eius cōmentarijs proferuntur, Et Pollio contra Li
uium dicit, ꝙ pleraq; per alios geſta temere crediderit. Nonne ut ad græ-
cos ueniam, omnes inter ſe græcorum ſcriptores certant de falſitate hiſto-
riarū inter ſe mutuo digladiãtes? Teſtis eſt Ioſephus Iudęus cōtra Appio
nē grãmaticū & Euſebius libro x. de præparatione euangelica, dicens. Pu

gnant inter ſe omnes,& alter alterius falſitatem redarguit,non eſt opus ut
eos moneam,qui melius me ſciunt,ꝙ Hellanicus cõtra quẽ Acuſilaus de
genealogijs ediderit,nec ut enumerem in quot quãtuſq; Heſiodum repre
hendit,nec dicam quomodo Ephorus Elanicum, Timeus Ephorũ,Time
um poſteriores,Herodotũ omnes reprehẽdunt.Non eſt neceſſe de ſingu-
lis atq; minoribus dicere,cum de perſarum in græciam impetu,& de prę
claris facinoribus tunc geſtis inter ſe uehemẽter ſcriptores diſcrepẽt,cũ eti
am Thucydidẽ qui accuratiſſime ſuorũ temporũ hiſtoriã cõſcripſiſſe cre
ditur,quaſi mendacẽ nõ nulli accuſent,Nonne &,Herodianus græcus di
cit pleroſq; hiſtoriographos plus oſtentatione eloquentię q̃ amore uerita
tis ſcripſiſſe.Alios uero(ſicut & Polibius aſſerit)plus fauore & aſſentatiõe
uel odio tyrãnorum uel populorum egregia eleuaſſe atq; extenuaſſe vel
humilia ſupra ueri fidem dicendi artificio atq; elegantia celebraſſe atq; in
cœlum ſuſtuliſſe.Ex quibus nemo dubitare poteſt,quin ſueuorũ & omiũ
germanorũ res & in obſcuro manſerint,& mendaciter ſint poſteris tradi-
tæ ob ſcriptores exteros & hoſtes germanorũ. ¶ Secunda cauſa eſt,cur-
ſueui nõ ſint pro rerum dignitate & meritis celebrati.Quia quicquid apd'
cæteros a ſueuis egregie geſtum eſt,cõmuniter germanis aſcribitur, Nec
enim itali ita nouerunt differentiã inter ſueuos & cæteros germanos,uti
nos.Et quoniam galli illis notiores ſunt,ſæpe quę germani uel ſine uel cum
gallis fecerunt,ipſi tantum gallis aſſcripſerũt,ſicuti nos iam facimus,& prę
ſertim uulgus.Quicunq; enim lingua noſtra loqui neſcit,uocamus italum
vernacule walchen. ¶ Tertia cauſa obſcuritatis ſueuorum, Quia nunc
ſueui,nunc Alemanni dicimur.Inde quicquid Alemanni ubiq; terrarum
geſſerunt,ſueuis aſcribendum eſt ,Sed ꝙ Alemanni ſueui ſint,teſtatur di-
uus Hieronymus in uita Hilarionis,Inter ſaxones (ait)quippe & Aleman
nos gens eſt Frãcorum,non tam lata q̃ ualida & cętera.Hoc item Paulus
diaconus ex ſueuorum dicens,Id eſt Alemannorum gente oriundus.Et
Gualfridus abbas ſancti Galli,Dũ duo ſunt(inquit)uocabula ſueuia atq;
Alemannia unam gentem ſignificantia priori nomine nos appellant cir-
cumpoſitæ gentes.quæ latinum habẽt ſermonem, omniaq; priuilegia au
giæ maiori a Carolo magno eiuſq; ſucceſſoribus data declarãt alemãnos
uocari iuxta lacum conſtantienſem,monaſteriumq; eſſe in alemannię par
tibus, ut dicit Carolus tertius.Hoc item teſtatur hiſtoria elegantiſſima cu-
iuſdam abbatis,qui de Heinrico quinto ita dicit,Mittũtur in legatiõe Ro
mam a Lothoringia Bruno treuirenſis,a Saxonia magdeburgenſis,a Frã
cia Otho babenbergenſis,a Baioaria Eberhardus Ehiſtetten.Ab Aleman
nia Geberhardus conſtantienſis,A Burgundia Curienſis. Albertus item
magnus dicit ſueuos Alemannos a maximo lacu Lemanno, qui ante ra-
dices alpium effunditur,per cuius medium tranſit Renus,qui modo con
ſtantienſis & brigantinus etiam a Solino dicitur. Laurentius Vallenſis

cum Alberto ſentit, Hi uidẽtur a Lemanno lacu ideſt conſtan. Alemãnos dictos. Et Goffredus Viterbienſis, Rhenus ab antiquis deſcribitur eſſe Lemannus. Alij aũt ab Hercule Alemanno, quia ut dicit Beroſus, Hercules Alemannus apud Tuyſcones regnauit, & Annius viterbienſis ibidẽ credit, aut Manni filiũ fuiſſe, Vel qui Manno in regno ſucceſſerit. Qui Hercules Alemannus religioſe apud germanos cultus eſt. Nã (ut dicit Tacitus) germani apud eos Herculẽ fuiſſe cõmemorant, primũq; omniũ fortiũ uirorum ituri in prelia canunt, Et hodie in Augia maiori Inſula rhenana uiſitur idolũ Alemãni ęreum, Et in ęde ſacra in rei memoriã ſeruat, quod & Lemãnno lacui nomen dediſſe uidetur. & Alemannis & monaſterio Almanſwiler. & uillæ Almanſhoffen & alijs non nullis pagis. Abeãt hic ſomniatores qui uolunt alemãnos a lemanno lacu galliæ celticæ inter quos eſt ſabellicus, nihil em̃ nec receptũ nec uериſimile dicunt ut ſatis ſupra oſtendi alij multo maiori impudẽtia uolũt Alemãnos eſſe genus aduẽtitiũ ex uaria colluuione gentiũ, quod multo minus quadrat. & quod tanq̃ comẽtũ omnino tranſeo, cõtentus dixiſſe quę nemo ſanus rep̱bet, Q; ſi uolueritis hinc legere quid Alemanni, Sueui geſſerint per totã italiã & alias regiões, inuenietis eos celebratiſſimos. Nec ego heluetios & confœderatos mõ dictos, ſueuos eſſe admitto, ſicuti nec ipſi uolũt, (Alemãnos tñ non negabo qui latius extendũtur) licet nobiles ſe de ſueuis cõfœderatis aliquãdo ſcripſerint, Fuerũt enim ducũ ſueuię & alemãnici ducatus (ut uocat Ludouicus rex francorũ, Ludouici pij cęſaris filius) clientes & ſub illorũ ditione, ſubditi quoq; non ſueui, quos gallos ante exiſtẽtes ſueui alemãni rhenum traducẽtes in ſeruitutẽ redegerũt & linguã mutare coegerũt, Nã tẽpore cæſaris (teſte Horoſio) heluecij modo ſuitẽſes, exierũt p̱prias ſedes, ea de cauſa, q̓ perpetuo pene cũ germanis bello altercabãtur, a q̄bus rheno tantum flumine dirimebãtur. Nobiles a principibus pręfectos oppidoꝝ atq; caſtrorũ impoſitos, etiã ipſe ſueuos ex origine exiſtimo. Cũ igitur iſtis ex cauſis ſueuia non ſit pro rerũ meritis celebrata, & maxime quia nullos niſi hoſtiles ſcriptores habuit, qui non niſi obiter ſuos duces extollẽdo res noſtras tetigerũt, uolo tamẽ pauca quędã ex hiſtoricis colligere & ſcriptoribus, quibus quilibet optime cõiecturare poteſt, geſta noſtrorũ eſſe ampliſſima, ſi ſcriptores uernaculos habuiſſemus, Primũ ſueui ſingulariter præ alijs germanis nobiles dicũtur, teſtis Seneca hiſpanus in Medea.

LVCIS SVEVI NOBILES HERCYNEIS

Q; ſi aliq̄s a corpore laudãdus uenit, Sueuia eſt terra populoſa, cui gẽs procero corpore, flauo crine & pulcherrimo, venuſta facie, decora ſpecie, robore membrorũ & lacertoꝝ ualidiſſima, in quos deniq; dij immortales tanta naturæ & corporis bona atq; ornamẽta fortunæ congeſſerũt, ut nullis gentibus cedere debeamus, Sed alia ſunt a quibus plus cõmendamur, Cornelius tacitus a fide nos cõmendat, (quos perfidię accuſare nititur ſup

plementū) dicens, gens fidei cōmiſſæ patientior. Et noſtri maiores ſemper latera impatorū Romanorū ſtipabāt, in ſingularis fidei & integritatis teſtimoniū. Et ut poſtremo integerrimā ſemper nobis fidem eſſe adhibitam noſq; omniū nationū non ſolum germaniæ fortiſſimos, & fuiſſe apud ueteres, & recētiores eſſe oſtendā, tale ſit uobis argumentū. Nam cum Vitellius (teſte Cornelio tacito) a germanico exercitu (nō germanitiano, ut Beroaldus homo alloquin doctiſſimus falſe & contra omnes hiſtoricos illius rei perſuadere uoluit) eſſet imperator acclamatus, ſoliſq; germanis comitibus imperiū eſſet adeptus, & aliorū imperatorē Othonem uictis ſæpe illius exercitibus, ad mortē uoluntariā cōpuliſſet, eſſetq; a Romanis electus çeſar cōtra Vitelliū Veſpaſianus in re militari expertiſſimus fœliciſſimuſq; imperator diu deliberauit, an imperiū ſuſciperet, propter germanicarum legionū uim, famam & robur. Tandem fortiſſimos germanos nō niſi germanis uincēdos exiſtimās. Sidonē atq; Italicū ſueuorū reges in auxiliū & partes ſuas traxit, q cū ſuis ſueuis primori in acie uerſati uicerūt germanos Veſpaſianūq; in imperio firmauerūt, ſicuti etiā ſucceſſu temporis Conſtātinū magnū ad imperiū auxilio ſuo euexerunt (teſte Aurelio) Ecce ſummam fidei & fortitudinis opinionē in ſueuis apd' ueteres & romanos. Q. ſi ad recentiora tempora deſcēdamus, inueniemus ſueuos uniuerſæ nationi germanicę animi magnitudine, fide & uirtute prępoſitos, Nam dū quidam abbas herſfeldenſis ſaxo deſcriberet & elegāter quidē Henrici quarti imperatoris geſta contra ſaxones ita inquit. Datum eſt negociū Rudolpho ſueuorū duci, ut ipſe cum ſuis prima acie confligeret, peculiari ſueuorum priuilegio, quibus ab antiquis iam diebus lege latum eſt, ut in omni expeditione regis teutonici ipſi exercitū prȩcedere & primi cōmittere prelium debeāt. Hoc idē confirmat Gotfredus Viterbiēſis non ſueuus neq; germanus, ſed italus his carminibus.

Iudicio cœli dominantur in orbe ſueui
Nunc ubicunq; geri reſpublica prælia quærit
Ordine primus erit, gladio uult primus haberi
Moreq; ſigniferi primus in hoſte ferit

Hoc etiam (ut uetera dimittamus) cōprobauit coronatio Fœderici tertij çeſaris Auguſti nuper defuncti, quē Romam pro auguſtali corona intrātem præibāt omniū primi ſueui, uexillū ſancti Georgij (quod aquilā preceſſerat) geſtantes. Quibus ex rebus relinquo uniuerſi mundi iudicio qualis antiquitus fuerit, & nunc debeat eſſe ſueuorū exiſtimatio, quæ non niſi ex rebus præclariſſime geſtis progreſſa dinoſcitur, quare hanc eximiam maiorū noſtrorū prærogatiuā, & incōparabilē gloriam a Carolo magno (ut dicitur) uſq; in hunc diem ſumma cū laude noſtra nobis delatā, Vdalrice princeps inuicte atq; fortiſſime non ſinas unq; ſub te aut quo tempore aboleri, aut ab alio preripi. Quoniā nullū maius uirtutis teſtimoniū unq;

aliqua gens prꝑferre aut ſibi arrogare mea opinióe poteſt. Emulemur quę ſo te duce & principe maiores noſtros, qui rebus fortiter geſtis, hanc pepe rerũt laudis & gloriæ prꝑrogatiuã, Sumus illorũ ſanguis, illorꝫ effigies ex preſſiſſima. In nobis relucet mirifica illa maiorũ noſtrorũ nobilitas & ani- mi magnitudo. Turpiſſimũ ducamus precor ab illis degenerare. Nec cõ mittamus, ut clariſſimũ hoc uirtutis nomẽ & cãdidiſſima fides, quã maio res & patres noſtri multo ſanguine & rebus fœliciſſime geſtis iure quodã quaſi hereditario reliquerũt, nos ipſi per ſecordiã & negligentiã amiramꝰ, & ſi te duce princeps illuſtriſſime (dῃ bene faueãt) nunq̃ꝫ formidare debe am. Et ut latius externorũ teſtimonio cæteris germanis nos prꝑſtare pro- betur, dicit Iulius Cæſar li. iiij. Sueuorũ eſt gẽs lõge maxima & bellicoſiſſi ma. Item Tencatheri & uſipetes germani a ſueuis ſedibus ſuis pulſi, ita lo- quũtur apud Cæſarẽ, ſe ſe unis ſueuis concedere, quibus nec dῃ quidẽ im mortales pares eſſe poſſint, reliquũ quidem in terris neminẽ eſſe, quem nõ ſuperare poſſint. Plutarchus dicit prꝑſtãtiſſimos germanorũ Sueuos. Pau lus Horoſius dicit maximã & ferociſſimam eſſe gẽtem, & alibi fortiſſimã. Et Lucius Florus, ualidiſſimã. Et ut dixi Sueui tencatheros & uſipetes am pliſſimas nationes expulerũt. Et inſuper alias germaniæ nationes ſub ſe ha buerũt ut idem cæſar teſtatur. Publice aũt maximã putabãt laudẽ eſſe, q̃ꝫ latiſſime a ſuis finibꝰ uacare agros, hac re ſignificari magnũ numerũ ciui tatum ſuam uim ſuſtinere non poſſe. Itaq̃ꝫ una ex parte tẽpore cęſaris a ſue uis circiter millia paſſuum ſex centa agri uacabant. Ad alterã partem ſuc ceſſerũt Vbῃ, hoc eſt coloniẽſes, quos uectigales fecerũt, & poſtremo trãs Rhenum ſecedere cõpulerũt, ubi ad huc habitant. Sed quid maius aut glo rioſius dicere poſſum de Sueuis: q̃ꝫ ꝙ Romani gentium domini & terra- rum reges, quibus maria obediuerũt, a quibus oriens & occidẽs luſtratus eſt triumphis, & quibus (ut dicit Egeſippus) ſupra nubes uiantibus, & ul tra columnas Herculis imperium propagãtibus nihil inuium fuit, nos uni cos ſueuos nunq̃ꝫ obedientes habuerunt, quos & timuerunt & uictores ui derunt. Et quibus Romanis non reſtiterunt non ſolum terræ ab illorũ re- gione ſiluarum interuallis atq̃ꝫ uaſtitate, alpibus montibus, fluminibuſq̃ꝫ diſtinctæ, uerum etiam quas (ut gloriantur) eternis ardoribus inacceſſas aut continua hieme ſeparatas, aut interfuſis ęquoribus abiũctas, ab his na tura diſterminat, ſe trementes ſubmiſerũt. Adeo, ut non indus oceano, nõ frigore mꝑotis, non arabs medio ſole ſecurus fuerit, his ſueuorũ ſola & in- uicta uirtus reſtitit. Et ecce Iulius cæſar, cuius fortuna humanæ fœlicitatis modum ſupergreſſa eſt, cuius uirtus nunq̃ꝫ intremuerat, & incitatiſſimus bellorũ & triumphorũ ſucceſſus & curſus inſtar amnis hybernis niuibus aucti profluens, hactenus nunq̃ꝫ ſubſtiterat, apud ſolos ſueuos elãguit, re-

ſedit & conſiſtere coactus eſt, Nam bis traducto Rheno ulciſci ſueuos pa-
rauit ob auxilia (quæ nemini ut alius dicit contra Romanos denegabant)
Treueris miſſa, & ꝙ aſſidue Vbios qui erāt in fide Romanorū, premerēt,
ſed bis, poſtq̄ Sueuos audiuit eſſe in armis, paucis diebus trans Rhenum
moratus, pontem quem fecit reſcindens aufugit. Q̄ ſi æqualibus, Aſinio
Pollioni & Ciceroni Tullio fuit ſuſpectus, ꝙ in ſuis laudibus eſſet nimis &
ultra ueritatem profuſus, multo celebratiores credo eſſe Sueuos. Si Sueu⁹
hanc illius trans Rhenum & contra ſueuos expeditionē atq; rurſus fugā
ſcripſiſſent. Hoc unū dico, Iulius immodicus animi nunq̄ dimiſiſſet ſue-
uos, ſi non eos timuiſſet. Qui quomodo precor cauſari uult uaſtitatē ſiluæ
hercineę? quo minus illos ſit aggreſſus, qui britannos alterius orbis homi
nes, & hactenus ignotos Romanis, per infeſtiſſimū mare quæſiuit, & cui
ante & poſt ſueuos nulla regionum lōginquitas, nulla iniquitas locorum
nec uaſtitas nec noxij ſerpentes nec feruores libyę nulliuſ tēpeſtatis aſperi
tas obſtitit? Quoscū nequiret uincere, tandem amicos ſibi fecit cum cęte
ris germanis & eorum auxilio galliam ſubegit & Pompeium cum toto
oriēte atq; innumeris regibus cruentiſſimo bello uicit, adeo, ut nihil egre
giū ſine illis auxiliatoribus gereret, adeo ut illis uitam & imperiū monar-
chiamq; accepta referre debeat Quid dicam de Augusto cęſare. Sub quo
totus mūdus pacatus eſſe dicitur, cui ſe Perſæ ſubmiſerant, & indorum
reges muneribus honorauerunt? Non ne imperatoris illius poſt natos
homines fortunatiſſimi apud ſolos pene ſueuos fœlicitas claudicauit? Nā
Quintiliū uarum cū tribus legionibus ab illo ad arcendas barbarorū ex
curſiones contra Auguſtā miſſum, ſueui ad internitionē deleuerunt, abla
tis ſignis & aquilis duabus. Vnde adeo conſternatum ſcripſit Suetonius
Auguſtum, ut per cōtinuos menſes barba capilloq; ſubmiſſo caput inter
dum foribus illideret, uociferans Quintili uare legiones redde, diemq; cla
dis quot annis meſtū habuerit atq; lugubrē. Sed non ſolum tres legiones,
uerū ducem etiam legatum & auxilia omnia amiſit, ut ait Suetonius. quę
miſſa ſunt ab uniuerſis ſocijs & ſubditis Romanorum, inter quæ erat A-
uar græcus Bogudis regis filius cum macedonico exercitu, ut hodie anti
quitates Auguſtę urbis declarant. Vbi etiam hij uerſus ſunt reperti.

His nomen terris Bogudis dat regia proles
Græcus Auar pecudis de ſueuis more litatus

Fuit autem hoc grauiſſimum & atrociſſimum inter Romanos & germa-
nos bellum & poſt africanum maximū. Vnde notari poteſt dicit Otho
Friſingenſis. quanti roboris prædicta gens germanorū fuerit. quę in ſum-
ma auctoritate Romani populi & imperij tantam ſtragem Romani mi-
litis dederit. Tradūt Auguſtēſes hāc cedē ibi factā, oſtendūtq; in argumē
tum collē ex oſſib⁹ mortuorū cōpactū quē in uulgari perleich eo ꝙ legio

ibi perierit uſq; hodie uocant uicũq; ex nomine uari appellatũ monſtrant
hæc Otho. Et tamen hanc ignominiã & memorabilẽ cladem a ſueuis acce
ptam Auguſtus nunq̃ uindicauit, ſatis expertos ſueuos, Sed uerſus ad de
orũ auxilia, uouit magnos ludos Ioui, ut rei publi. ſtatũ reformaret atq; in
meliorẽ ſtatũ cõuerteret. Tiberius Auguſti ſucceſſor timẽs (ut uidetur)
ſueuos regem eorũ Marobolũ (ut teſtatur Euſebius & ſextus Aureliꝰ) blã
de & amice ad ſe uocauit, callide q; circũuenit, nec unq̃ ad ſuos redire per
miſit. Druſus aũt cæſar Tiberij frater præclariſſimas omiũ res in germania
geſſiſſe prædicatur ſub Auguſto, ſed multo ſuorũ ſanguine. Claudianus
Nobilitant ueteres germanica fœdera Druſos
Marte ſed ancipiti, ſed multis cladibus empta
Quis meminit uictum ſola formidine Rhenum?
De quo ita ſcribit Horoſius, Poſtea fortiſſimas nationes & quibus natu
ra uires, cõſuetudo experiẽtiam uirium dabat. Cheruſcos, ſueuos, & ſicã
bros pariter uno bello, ſed etiam ſuis aſpero ſuperauit, quorũ ex eo cõſide
rari uirtus ac feritas poteſt, ꝙ mulieres quoq; eorũ ſi quãdo præuentu Ro.
inter plauſtra ſua cõcludebãtur, deficiẽtibus telis uel qualibet re, qua uelut
telo uti furor poſſit, paruos filios colliſos humi in hoſtium ora iaciebãt, in
ſingulis filiorũ necibus bis parricidæ. Inde natum prouerbiũ, illorũ mulie
res cæterarũ gentiũ uiris fortiores & bellicoſiores eſſe. Sed Druſus tãdem
prope Rhenũ belligerãs eſt a germanis occiſus. Et germania (teſte Floro )
magis turpiter eſt amiſſa q̃ glorioſe acquiſita, Sed quota pars germaniæ
parua profecto ab eo acquiſita, ut ex Horoſio probare poſſum in ſexto li.
Tiberij ſucceſſor Caius Caligula (teſte Eutropio) bellũ contra germanos
mouit, ingreſſꝰ q; ſueuiã nihil ſtrenue egit, Immo timidiſſime fugit & adeo
conſternatus eſt animo, ut fugam tranſmarinã cogitaret & pararet. Nam
quod Suetonius de germanis refert, nõ poſſum ex Eutropio niſi de ſueuis
intelligere. Ita aũt dicit Suetonius Aduerſus barbaros quoq; minaciſſimꝰ
cum trans Rhenum inter anguſtias depreſſumq; agmẽ iter eſſedo faceret,
dicente quodam non mediocrẽ fore cõſternationẽ ſicunde hoſtis appare
at. equum illico conſcẽdit ac propere uerſus ad pontes, ut eos calonibus &
impedimẽtis ſtipatos rperit, impatiẽs moræ per manus ac ſuper capita ho
minũ tranſlatus eſt. Mox etiam audita rebellione germaniæ fugam & ſub
ſidia fugæ claſſes apparabat, uno ſolatio acquieſcens, trans marinas ſibi ſu
perfuturas prouincias, ſi uictores alpium iuga, ut Cimbri uel etiam urbẽ
ut Senones quõdam occuparẽt. Vnde credo per cuſſoribus eius poſtea cõ
ſilium natũ apud tumultuãtes milites emẽtiendi ipſum ſibi manus intuliſ
ſe; nuncio malæ pugnæ perterritũ. Poſterioribus uero tẽporibus non con
tenti ſueui & alemãni in patrio ſolo Romanos non timere, immo uero Ro
mano imperio grauiſſimi & formidabiles in primis, ſedibus ſuis relictis,
crebras excurſiones in Italiam, Galliam, & Hiſpaniã fecerũt. Omniaq; ua

ſtantes atq; uictorioſis ſignis ſuppeditantes, contra Antoniū uerum Ma-
ximianum Conſtantiū, Cōſtantinū, Aurelianū, Julianū & alios imperato
res uaria fortuna in gallia ſæpe pugnauerūt, Tandē ſub Archadio & Ho
norio uaſtatis gallis tranſmiſſiſq; pyreneis mōtibus direptiſq; hiſpanijs tā
dem in galetia conſederūt ſeptē q; ibi reges per ordinē habuerūt. uaſtata ſę
pe tarraconenſi Carthaginenſiq; prouincia, ut auctores referunt. Et quorū
auxilio huni toto orbi formidabiles ſæpius ceſi ſunt. Sed quid fecerint Se
nones, Longobardi, angli ſcriptorum nobiliſſimorū ſuffragio ſueui nouit
Gallia, Roma, Pannonia, Illyris, Gręcia, Macedonia & Aſia teſtatur. Horꝫ
autē geſtorū auctores fuiſſe Sueuos oſtendi alibi nō obſcure, et olim mul-
to efficacioribus perſuaſionibus probabo. Poſtremo ſi uellem pro rerū di
gnitate laudare Sueuorū duces, qui imperiū Romanū a Carolo magnifi-
centiſſime & glorioſiſſime ad c. & xx. annos adminiſtrauerūt, opus eſſet ꝑ
fecto integro libro. Qui oēs aut ex Vuaiblinga oppido aut caſtro Stauffa
hereditaria terra principis noſtri Vdalrici originē ducētes, cunctis fere eu
ropeis gentibus iugū ſeruitutis impoſuerunt, Et feras illas atq; indomitas
turcarū gentes ſępe uaſtatiōe, prælijs, cędibus. ferro & igni domuerūt. Prę
ſertim Conradus ſecundus qui per Aſiam uictricia ſigna tulit, atq; cū per
fidis Sarracenis in terra ſancta ſtrenuiſſime decertans, illuſtriſſimis trium
phis enituit. Cuius unū ex multis facinus memorabile quidē, omnibuſq;
chriſtianis ne dum germanis & præſertim Sueuis glorioſum nō duxi prę
tereundū. Ille enī dum apud Damaſcum pręclariſſimā urbem, atq; Syriæ
caput, maximā Saracenorū atq; Turcarū multitudinē, atq; infeſtiſſimum
exercitū obuiā haberet, dimiſſo equo in prima chriſtianorū acie conſiſtēs
dimicauit ſtrenuiſſime, & cum ex altera parte quidā gigas proceriſſimæ
ſtaturæ ſuis ſpem maximā pręberet uiriliter pugnādo, noſtrūq; imperato
rem per collum apprehēdiſſet, is educto gladio gigantē deſuper per me-
dium diſſecuit, quo facto Saraceni perterriti atq; retro cedentes ſpecioſiſſi
mam chriſtianis uictoriā reliquerūt, Fœdericus primus Armenia & ma-
gna Aſiæ parte in ſuam ditionē redacta, Saladinū uictorioſiſſimum regē
atq; uniuerſam Mahumetis perfidiā exterminaſſet, niſi cū ſummo reipu.
chriſtianæ damno in paruo flumine eſſet ſubmerſus. Sub Heinrico quinto
(penes quē pacis & belli gerēdi auctoritas eſt atq; adminiſtratio) Goffre-
dus germanꝰ, comes Bulionis & tandē dux Lothoringię cum germanis
& alijs chriſti fidelibus ſepulchrū chriſti ab infidelibus eripuit. Fœdericus
ſecundus ſola aduentus ſui fama Sultanū ex Iudęa fugauit. In quā cum ex
ercitu ingrediēs in die Palmarū eſt Hieroſolymis rex acclamatus atq; co
ronatus. Q; ſi ad Europam reuertemus, inueniemus Sueuos imperatores
ſæpe Boiemis rebellibus iugū ſeruitutis impoſuiſſe. Sarmatarū & Polo-
norum regnū in ducatum redegiſſe atq; tributariū feciſſe, regnum itē Bur
gundionū in prouinciā imperij inſtituiſſe, Hungaros ſæpe in proprijs ſedi

bus percuſſiſſe,atq; prioribus pulſis reges impoſuiſſe,utramq; Rheni ripã
Saxoniã,Franciam oriẽtalem atq; Bauariam,iuſtam interdũ ſeruitutẽ de
trectãtes,pulſis uel exilio dãnatis eorũ ducibus,maximis ſæpe calamitati
bus & uictrici manu ut reſipiſcerẽt & ad ſanitatẽ mẽtis obedientiãq; reuer
terẽtur coegiſſe cõperiemus.Qui quãtis cladibus ſuperbas gallias, prę́ſer
tim cis alpinã.Romã,Tuſcos,atq; totã Italiã factioſam atq; rebellẽ affece-
rint,quãq; triũphalibus atq; fortunatiſſimis aquilis ſub iugũ ſeruitutis de-
iecerint,nemo eſt qui neſciat,cui ſaltẽ paucæ hiſtoriæ ſunt notæ.Horũ plu
res imperatores Ro.Reges Hieruſalẽ.Siciliæ.Apuliæ.Sardiniæ & Corſy
cæ reges dominiq; fuerũt.Quorũ illuſtria atq; immortalia facta uiuẽt &
in ore omniũ hominũ uerſabũtur inperpetuũ,cũ aliorũ ingenijs ꝑclariſſi-
mis,tũ etiã meo,ſi dij immortales mihi uitã,incolumitatẽ & ſcribẽdi fœli
citatẽ ſunt cõceſſuri.At uita comite ſpero me ſaltem alijs materiã & occa-
ſionẽ prę́biturũ, ut eorũ ingenio acriori,exquiſitioriq; dicendi genere im
mortalitati cõmendẽtur,quæ fortiter ſueui geſſerũt.Quod ideo dico,nã
Itali ꝓpterea ꝙ germania nullos habuit ſcriptores & literatores, qui eorũ
mendacia cõfutaſſent,libere ſunt in bonos imperatores germanos mẽda
cijs debacchati,& præſertim in utrũq; Fœdericũ,quorũ amplitudo:ma-
gnificẽtia & maieſtas cunctis natiõibus illuſtris,Italis uiſa eſt exicialis atq;
intolerãda.Et Blõdus ſiue ſuo ingenio ſiue(quod magis credo)quia ita ab
alijs acceperit,qui põtificibus ſunt blãditi,q̄buſq; germanica uirtus & re-
rum geſtarũ gloria fuit exoſa,quod cõſideraui in ſueuorũ imperatoribus
aliquãdo ab om̃i hiſtorica ueritate aberrãt,eorũ extenuãdo gloriã & acer
bius accuſando fortitudinẽ.Merito igitur cõquerar defuiſſe nobis rerum
ſcriptores.Nam ut ad inſtitutũ regrediar,ꝙ maiorũ noſtrorũ res fortiter
geſtæ uenerint maiori ex parte in obliuionẽ,ſintq; obſcuratæ per exter-
nos & hoſtes noſtros poſſum lucidiſſime etiã ex noſtris tẽporibus collige
re,dum ea quæ nos aut uidimus aut ex uiuẽtibus & rerũ geſtoribus audi-
uimus peruertũtur mirum in modũ a chronographis recẽtioribus.Suma
mus exempla noſtrorũ temporũ,Scripſit nuper quidã ſupplemẽtum ſup
plementi chronicorũ,Qui inter cętera narrat captiuitatẽ Ludouici ducis
mediolani ante ſex annos factam,& inter alia refert Ludouicũ proditorie
eſſe in manus gallorũ traditum ab angelis quibuſdã(ut ipſe dicit)& ſue-
uis quod cum pellegiſſem,ſtomachabar partim hominis ſimplicitatẽ par
tim miſerabar.ꝙ ea quę ſunt recẽtiſſima,coſmographię ignarus,falſo nar
rauerit.Qui enim ſint ſueui,quiq; eorũ fines minus bene nouit dum alibi
dicat Maximilianũ cæſarẽ bellũ habuiſſe cõtra ſueuos.Anno M.iiij.xc.ix
dũ heluetij fuerint.Quoniã Sueui colũna & fundamẽtũ imperij exiſtẽtes
officio & obſequio in regẽ nulli mortaliũ cedũt,pro cuius uitæ incolumi-
tate,ſalute & imperio ꝓpagãdo ubiq; terrarũ militãt,corp⁹q; & ſanguinẽ
intrepidi exponũt.Sed q̄d in re maniſeſtiſſima laboro,cũ ille ipſe ſupple-
mẽtator ſueuos excuſet,niſi in nomĩe erraſſet?Illi em̃ qui cõtra regẽ pug-

nauerũt nõ ſueui ſed heluetij dicunt,quos ipſe uidetur criminari.Sed illos
ego nec excuſo nec accuſo,laborãs ad hoc unũ,ne ſueuorũ nomen in tam
turpi facinore falſo ad poſteritatẽ trãſeat,Sed cũ acres habeat aculeos cõ-
tumelia,nõ immerito ſtomachabar,Quis em̃ Sueuꝰ ęquo ferat animo ſu
os ꝓditiõis inſimulari,a quo crimĩe nihil magis alienũ eſt,ꝗ̃ uirtꝰ & fides
ſueuorũ.A quo deteſtãdo facinore(ꝑter pręfati ſcriptoris excuſationẽ)ue
riſſimus ego aſſertor ſueuos & om̃es (ita em̃ dicũtur noſtri) lãcearios ſan
ctiſſima fide immunes affirmo,obteſtorq̀ om̃es Lõgobardos ducẽq̀ ad
huc captũ,nec nõ Italos om̃es q̄ ducis partes fouerũt & ſecuti ſunt,ꝓ uerita
tis teſtimonio ipſos deniq̀ diuos in teſtes uoco ſueuos & lãcearios nihil ta
le cõmiſiſſe,quinimmo paratiſſimos fuiſſe experiri fortunã cũ gallis,nec
certamẽ unq̀ detrectaſſe,quippe quibus parua ſalus niſi in armis ꝓpoſita
erat,quorũ cõſilijs dũ parere dux cõtempſit,factũ eſt ut captiuus gallicanꝰ
atq̀ ſeruitiũ regiũ habeatur.Et maximũ argumentũ noſtros nõ cõſenſiſſe
in illã ꝓditionẽ eſt,ꝙ noſtri primores qui plurimum in exercitu apud du
cem poterãt,ſunt maiori ex parte a gallis gallicanoq̀ exercitu rebus om̃i-
bus exuti.Summus em̃ pręfectus noſtratiũ copiarũ,a gallis captus,uitã &
ſalutẽ ultra fortunas ſuas redemit,Item nobilis uir Marcus de Emps cap
tus & precio redẽptus,Ita multis alijs cõtigit cẽturionibus,ſigniferis,& il-
lis,qui acierũ inſtruendarũ curã gerebãt.Taceo de illis,quibus ea deditio
mortẽ intulit.Hoc noſtri ex ſingulari heluetiorũ qui paulo ante hoſtes no
ſtri erãt in ſe odio,qui utrãq̀ partẽ fouebãt militibus,ãte formidãtes ſuęq̀
uirtuti inuictęq̀ animi magnitudini cõfidẽtes nõ dubitaſſent, cõtra uni-
uerſam galliã eo die fortunã tentare,memores priſtinarũ uictoriarũ.qui-
bus ſępe gallos parua manu lõgeq̀ inferioribus uiribus fugarũt,ſed dux
quos fideles habuerit uel non,captiuus cogitur aliquando meminiſſe,
Ego autem ueriſſime dico

At nec germanus natura prodere nouit
Hinc ſpurius ſoleat prodere ſi quis erit

Ita em̃ nr̃i a patribus maioribꝰq̀ ſuis didicerũt,ut uirtute ſpectataq̀ fide
atq̀ integritate nõ dolo aut inſidijs nedũ ꝓditiõe cõtendãt atq̀ belligerẽt
Sueui aũt & lãcearij illi ſunt,q̄rum auxilio & uirtute inuictoq̀ anio reges
gallorũ atq̀ gallicanus heluetiorũq̀ copioſiſſimus exercitꝰ iã toties nr̃is tẽ
poribꝰ Apulia ſunt deturbati,fugati & ꝓſtrati,Errat & auctor ille ſupple-
mẽti,ut alibi dixi,dũ bellũ Sigiſmũdi ducis Auſtrię aduerſꝰ Venetos nar
rat.Errãt & alij,ſiue de induſtria & adulatiõe ueritatẽ ſupprimũt,Nam et
Petrus Marcellus de venetoꝝ ducibꝰ ſcribẽs,ita ait,Cõſpirauerunt nãq̀
oẽs fere germanię principes aduerſꝰ venetos,q̄ ingẽti barbaroꝝ exercitu
cõparato,nullo priꝰ indicto bello,Atheſi apd̾ tridẽtũ ſuperato,ſubito incur
ſu ad Rouerenſe oppidũ caſtra poſuerũt.O quãta iniuria ueritati & rebus
geſtis facta eſt,dum nemo non ſciat bellum fuiſſe ſolius ducis Sigiſmundi
(neq̀ quenq̀ alterum principem interfuiſſe,

aut aliquo fœdere ſuũ duxiſſe bellum. Sed ꝙ ipſe prior, nullo prius indi-
cto bello laceſſiuerit uenetos, ſcit totus mundus eſſe aliter factum. Nam
pręter hoc ꝙ princeps fuit iuſtiſſimus, & integerrimus, & nihil iniquũ tale
unqꝫ cogitauerit, ne mo etiã nõ nouit adeo fuiſſe pacis amatorẽ, ut niſi coa
ctus illatũ propulſare, nũqꝫ Venetis uel cuiqꝫ mortaliũ bellũ intuliſſet. Ecõ
trario uero Venetos agi præcipites dominãdi libidine, pro qua nec fidem
nec diuina humanaqꝫ iura penſi habere prædicatur uel maxime ab ipſis
Italis. Addo autẽ alia inter ſe diſcrepantia, quæ ſcribunt ueneti de hoc bel
lo, Subiungit idem Marcellus, ad famam aduentus germanorũ tanto fuiſ
ſe terrore perculſos uenetos, ut momento temporis ſine ullo maiori certa
mine in fugam uerterentur, confractoqꝫ ponte Atheſis plurimi armati in
aquas præcipitari cum equis ui fluminis abſorberẽtur, & Robertũ Seueri
natem cum ſuis fere omnibus eodem furore perculſis, in aquis demerſum
concidiſſe. Bergomẽſis ſcribit ingentẽ fuiſſe germanorũ cedem, cui & uer
ba Marcelli refragãtur & ipſa ueritas, nullũ em̃ detrimentũ intulerunt ue
neti. Qui em̃ fieri poteſt, ut ij qui ne uultũ quidem germanorũ atqꝫ aciem
fulgorẽqꝫ oculorũ ferre potuerũt, fugientes non dum bene uiſos, ſtragem
ullam edidiſſe credãtur? Vbi ullis annalibus hoc lectũ eſt? At noſtri fugiẽ
tes & attonitos & ad potandũ Atheſim feſtinãtes venetos conſecuti me-
morabili illos clade affecerũt. Dicitur & Antonius Sabellicus pariter cum
ſuperioribus cõſenſiſſe, & uarijs prelijs uaria eſſe fortuna decertatũ. Sed di
cant quicquid uelint omnes, Veneti defucare ſtudeant quibuſcũqꝫ poſſint
coloribus rem geſtã, nemo non nouit etiã in Italia cunctis prelijs, ſiue leui-
bus ſiue iuſtis nũqꝫ Venetos ſuperiores, ſemper uictos, captos, trucidatos
Vel aquis ſubmerſos eſſe, Veriſſimũqꝫ eſt Epitaphiũ in ſepulchro Rober-
tĩ Seuerinatis tridenti.

Italiæ uictor ſeuerina ſtirpe Robertus
    Sigmundum Auſtralem ſenſit in arma ducem
Ter proceres veneti bello petiere tridentum
    Ter uicti, & uictus ecce Robertus adeſt

Baptiſta autẽ Mantuanus laudãs uere laudãdum & pręſtãtiſſimũ rei mi
litaris ducem Robertũ eius in hoc bello fortiter res geſtas plus poetice q̃
hiſtorice ſcripſiſſe exiſtimatur. Et ut pateat q̃ parum probe ſint inſtructi
de rei geſtæ ueritate notũ eſt Antoniũ Mariã Roberti filiũ, hominẽ proce
ritate & præſtãtia corporis atqꝫ animi magnitudine inter ſuos illuſtrẽ pro
uocaſſe ad monomachiã ſingulareqꝫ certamẽ, quemcũqꝫ germani uellent
natalibus tamẽ & nobilitate egregiũ, ex germanis uero Ioannẽ comitẽ de
Sonnenberg, hoc eſt de monte ſolis. conditionem accepiſſe atqꝫ pro laude
ſueuorũ & totius germaniæ fortiter pugnantẽ ſuperiorẽ uictoremqꝫ exti
tiſſe. Quod certamẽ Sabellicus enarrans dicit ex germanis fuiſſe Georgi-
um Gombergiũ. Qui quis ſit, ego neſcio. Sed ut concludã aliquãdo, quid

ſplendidius? quid magnificentius aut maius ad gloriam germanorū ad-
di poteſt? ꝙ paucis noſtrorū copijs & nudis lāceaq; tantū inſtructis militi
bus robuſtis tamē uiriūq; & animi pleniſſimis pulſos eſſe, pſtratos & cęſos
copioſiſſimos venetorū exercitus, ingentiſſimāq; eorū cataphractorū ma,
num, quorū equi operimento ferri munitiores noſtrorū corporibus erāt
nudorū lanceariorū aſpectū expauiſſe ac ne primū quidem impetū aut cō
greſſum ſuſtinere potuiſſe? Et profecto poſt deguſtatas iam frameas no-
ſtras poſtq; ſe ex fuga in tuta recepiſſent, ita trepidatū eſt totis caſtris, ita cō
ſternatus fuit maximus exercitus, ut optimū ducē Robertū, atq; de repu.
veneta meritiſſimū poſt abſceſſum germanorū, in undis ſubmerſum quę
rere non auderēt. Quē tandē noſtri pietate moti inuentū retulerūt Tridē
tum ibiq; honorifice ſepelierūt, ſubuerſis tamē & fractis venetorū ſignis,
Poſtremo ſupplementū iam ſæpius nominatū falſiſſime narrat Maximili
anum noſtrum Cæſarem Auguſtiſſimum ingreſſum ante aliquot annos
Hungariam profligatum eſſe a rege Vladiſlao. Nouit enim Hungaria &
germania uel uniuerſus potius orbis præter hunc unū Maximilianū prin
cipem inuictiſſimū atq; chriſtianiſſimū poſtq; intrauerit Hungariā obuia
quæq; ſtrauiſſe munitiſſimāq; totius regionis urbē Albā regalem maxi-
mis copijs inſtructam, eo quo aduenerat die uel potius hora, ſine omi ma-
china atq; tormētis admotis, ſed milite foſſas profundas tranante atq; mu
ros integros, ppugnaculaq; ſcalis aſcendere fortiter oppugnaſſe atq; cepiſ
ſe, neq; poſtea uidiſſe hoſtem ullum, quippe noſtrorū uirtute cōterriti uni-
uerſi regnicolę ſe ſponte regi noſtro ſummiſiſſent, niſi ille militari tumultu
ſuorūq; ſeditione (dum inter ſe pedites & equites parum liberaliter æqua
libuſue portionibus parta ſpolia optimaſq; prædas diuiſiſſent) domuitio
nem (ut uerbo utar Apuleiano) capere fuiſſet coactus, Et cum poſt abſceſ
ſum regis ſequēti ęſtate Hungari coadunatis uiribus Albam regalem &
alia oppida oppugnata & capta repeterēt, noſtri qui hinc inde in ſubſidijs
oppidorū erāt collocati, dum regis alijs impliciti negotijs auxiliū deſperaſ
ſent, nec diutius tantę multitudini reſiſtere poſſent, ppterea ꝙ infida erant
omnia circūquaq;, nec cōmeatus ulterius ſuppeditaret, cōuenientes, & col
lecti, tam & ſi pauciſſimi, germanica tamen & innata uirtute tantam hoſti
um multitudinem adorti, prælium commiſerunt, uictoreſq; erectis ſignis
manuq; potenti regnum exeuntes Hungaricū, in tuta ſeſe receperunt. Ha
bes igitur Conrade magnanime luculētiſſimū argumentū ex paruo hoc
laudum noſtrarum epitomate glorioſiſſimas fuiſſe res ſueuas atq; germa
nas, ſi ſcriptores habuiſſent, & ecōtrario maximā ſuſpitionē magnam re-
bus noſtris geſtis antiquit⁹ fuiſſe illatam iniuriam, dum parum integra ue
ritate Itali, genus in ſuam laudem effuſiſſimum deſcribant, quæ ipſi uidi-
mus & ſcimus. In culpa harum rerum ſunt principes germanię, qui ſi colu
iſſent ſcriptores, neq; eos eſurire paſſi eſſent, reperiſſent plurimos (uti non

dubito) qui prō uindicāda germania ab omni obliuione atq; defraudatæ laudis falſeq; inſimulatiōis iniuria omnē ſuā induſtriā atq; ingeniū intē diſſent. Sed dum illos principes neglexerūt, neq; iuſtis præmĳs dignati ſunt, factum eſt, ut memoria eorum una cum exitu uitæ extingueretur Et ſi quid egregium geſſerunt, uenerit in obliuionem, aut per externos ſit omnino obfuſcatum. Vale & me commendatum habe.

## Oratio ad regem Maximilianum de laudibus atq; amplitudine Germaniæ.

¶ Contra quendam pſeudo propheten. Carmen

Carmen contra detractorem regiæ maieſtatis.

Germani ſunt indigenæ.

AD MATTHAEVM LANG VIRVM CELEBERRImum & Mecœnatem poetarum.

Pellege Cæſareas laudes & Teutonicorum
Langi mecœnas, præſidiumq; meum
Non uulgata quidem nec conculcata uidebis
In triuĳs paſſim ſub rudibuſq; ſcholis.
Talia, quæ poſſunt remorari Cæſaris aures
In primiſq; tibi quæ placitura ſcio.
Omnia iam dudum (fateor) cui debeo iure
Pro tantis meritis, officioq; tuo.
Munera non habeo, cum ſim pauperrimus ipſe
Cum nequeat nummos, carmina mittit inops.
Q̄ ſi me uerſus poſſunt oſtendere gratum,
Cantabo laudes (dum mihi uita) tuas.
Atq; tuum nomen nunq; uentura ſilebit
Poſteritas, famam ſi mihi fata dabunt.

Ex Inſpruck in uigilia Pentecoſtes. M.D.I.

ORATIO HENRICI BEBELII IVSTINGENSIS SVEVI AD
Auguſtiſſimũ atq; ſacratiſſ. Ro. regẽ. Maximilianũ, de ei⁹ atq; Ger. laudib⁹

I Pompeiũ magnũ Cæſar illuſtriſſime ob hoc laudauit antiqui
s tas, ꝙ ad eum faciles aditus eſſent etiã priuatorũ, quãtis tu mi-
tiſſime Imperator præconiis laudari mereris, qui omnibus etiã
humillimis facilimum das acceſſum, ut neq; te Moſes apud Hebræos, neq;
Titus Veſpaſian⁹ apud Romanos uel facilitate uel manſuetudine uincat.
Qui ut cũctos mũdi principes dignitate exupas, ita nulli etiã ex infimis co
mitate debes exiſtimari inferior. Mihi igit̃ te adeunti ſacratiſſ. rex inceſſit
& leticia & timor, Lęticia quidẽ uel incredibilis. ꝙ ego adoleſcẽs infimę cõ
ditiõis humilimoq; loco nat⁹, tãti uiri affandi copiã ſim nact⁹, regis ſcilicet
terreniq; dei, quiq; talis & tãtus ſis, ut omniũ iudicio nõ ſolũ præſentes or-
bis terrę reges, & in hũc uſq; diẽ uiuẽtes animi magnitudine, diſciplina mi
litari, ſingulariq; prudẽtia lõge excellas. Verũ etiã in omĩ genere laudis &
glorię, oẽs ſupiores reges quacũq; tandẽ hij ętate floruerint, ſi non exupa
ueris, ęquaſti tamẽ omnino, adeo ut clemẽtia Cęſari, iuſticia Traiano, pieta
te Antonino, grauitate Alexãdro Seuero nunq̃ cedas. Neq; inter reges tã
tũ, uerũ etiã inter illuſtres uiros (ut de Pyrrho tradit Iuſtinus) nec quẽq̃ te
uno, aut uitę ſanctioris, aut iuſticię ꝓbatioris inuẽtũ iri poſſe cõtẽderim Cu
ius irẽ domi militięq;, tãta tamq; ꝑclara ſunt facinora, ut ne inimici qdẽ que
ri, niſi de magnitudine & prudẽtia tua audeãt, has ego tuas uirtutes anĩo
complectẽs diuinãq; maieſtatẽ tuã corã aſpiciẽs, totus cõtremiſco, titubat
lingua, tremũt labia totũq; corpus in cõpoſito quodã modo uacillat. Nec
id quidẽ immerito, nouiſſe em̃ debebã corã florẽtiſſima maieſtate tua, hoc
eminẽtiſſimũ dicẽdi genus cõſequi poſſe neminẽ, niſi q ſit ſummis eloquẽ
tiæ uiribus, tullianoq; flumine inſtructus, quiq; memoria prope diuina ꝑ-
ditus, inprimiſq; eruditiõe ſingulari atq; doctrina inſignis atq; exercitat⁹.
Quod in me nemo deſiderare debet, qui in ocioſis tantũ philoſophorum
rhetorũq; ſcholis uerſatus, nũq; in publicũ ꝓgreſſus ſum, nedũ oraui in co
rona principũ. Sed recreat me ac æquiori animo eſſe iubet Cæſar quidam
dulciſſimus afflatus, de tuo illo benigniſſimo procedens uultu, ſinitq; me
paulo erectius loq, in mediũq; quod inſtitui effundere. Scio itaq; impator
ſacratiſſime moris eſſe eorũ, q apud te oratorio mũere fungũt, ut lõga ſe-
rie maxĩo uerborũ ãbitu, grauiſſimiſq; & ãpulloſis ſentẽtiis te cohortẽtur
ad pacẽ Germanię uniuerſaliſq; eccľię Romanę cõponẽdã. Quiq; pſuade-
ant expeditiões in Turcaꝝ ferociſſimã gẽtẽ, q̃q; oportunitate. & qb⁹ ad-
miniculis id fieri poſſit, tua mãſuetudine euecti, lõgius ęquo effuſiuſq; ora
tione euagãtur, a quibus in præſentia lõge eſt mihi aliena mens, ne ego (ut
eſt in puerbio) Mineruã docere uelle uidear, neue mihi adoleſcẽti accidat
quod euenit Phormioni iam grandis ætatis phõ. Nã (ut ſcribit nobis Ci-
cero) cum Annibal Carthagine expulſus Epheſum ad Antiochũ ueniſſet

exul,proꝗ eo,ꝙ eius nomē erat magna apud omēs gloria inuitatus eſſet
ab hoſpitibus ſuis,ut Phormionē eum quē dixi ſi uellet audiret,cunꝗ ſe nō
nolle dixiſſet,locutus eſſe dicitur homo copioſus aliquot horas,de impa/
toris officio,& de omī rę militari.Tum cū cęteri qui illū audierāt,uehemē
ter eſſent delectati,quærebāt ab Annibale quid nā ille ipſe de illo philoſo/
pho iudicaret:Hic pœnus non optime græce,tamē libere reſpondiſſe fert,
multos ſe deliros ſenes ſæpe uidiſſe,ſed qui magis ꝙ Phormio deliraret ui
diſſe neminē,neꝗ me hercle iniuria,quid em̄ aut arrogātius,aut loquacius
fieri potuit,ꝙ Annibali qui tot annos de impio cum populo Romano om
niū gentiū uictore certaſſet,græcū hominē,qui nunꝗ hoſtē,nunꝗ caſtra
uidiſſet,nunꝗ deniꝗ minimā partē ullius publici muneris attigiſſet,præ/
cepta dare de re militari,hoc mihi omnes iſti facere uidētur rex Maximi/
liane,qui tibi præcepta militaris diſciplinæ dare cupiūt,in quibus a puero
uſꝗ in hunc diē cū ſumma laude tua uerſatus es,tantaꝗ & tam eminētiſſi
ma de te ſtrategemata impatoria priuatiꝗ militis animoſa opa pręſtitiſti
ut non ſolū cum Annibale aut Alexādro magno,ſed cū omī antiquitate
in omniū bellicarū rerū,& peritia & uirtute poſſis certare ꝙ glorioſiſſime,
Hoc idem mihi facere omēs iſti uidētur,qui te longa oratiōe cohortari in/
ſtituūt ad pacem Chriſtianā,aut armare in funeſtiſſimā Turcarū gentē cū
tu cunctis principibus Germanis dormitātibus ſolus & idē diu noctuꝗ ui
gilātiſſimus,ea quæ ad ſtatū publicū pertinēt optime,ꝓuideas,& ſolertiſſi
me penſites.qui nihil antiquius ducis,ꝙ cōſulere cōmuni omnium bono,
ꝙ,ꝑſpicere publice Chriſtianorū omniū utilitati & gloriæ eaꝗ ſequi atꝗ
amplecti,quæ Romano imperio & ornamēto & ſplendori futura credas.
Nec quicꝗ credo tam in abdito eſſe eorū omniū quæ uel,ꝓfutura ſunt im
perio uel obfutura,quod tibi cogitāti nō ſit in promptu,quod eſt rex Ma
ximiliane nobis Germanis neceſſariū in primis,nam dū ſinguli principes
poſt habitis rebus publicis uel cōmodo priuato ſtudent,uel dum eorū qui
dam ſimultatibus,& inteſtinis ſeditionibus ſolūmodo ſunt intenti,reliqui
uoluptatibus tantū indulgent,quæ ſunt uel prima inſtrumēta,ꝑ quę mul/
ta oppida,nationes ualidiſſimę,ampliſſima regna atꝗ imperia corruerūt,
breui futurū timeo,niſi tu Cæſar qui labentē iam pridē rempu,Germanā
ab occaſu reſtituiſti,auſpicatiſſima tua ſolertia & prudentia adſis.ut totū
hoc florētiſſimū imperiū quod maiores noſtri uirtute,multo ſanguine &
rebus glorioſiſſime geſtis nobis pepererūt,per ſecordiā & negligētiā amit
tamus,inꝗ turpiſſimā ſeruiturē redigamur,quod tamē te ſoſpite nunquā
ꝑtimeſcemus,dum hoc unū non neglexeris quod Virgilius monuit.Par/
cere ſubiectis & debellare ſuperbos.Exacta em̄ nocte uidere uidebar in ſo
mnīs,uetulæ mulieris imaginē humana grandiorē & auguſtiorē laceris
tunicis & habitu omnino deformi,adeoꝗ macie & ſqualore confectā,ut
nemini nō horrorē cū miſeratiōe moueret,cæterū ita conſpicuo capite,ut

tanto ex fulgore,uiſus hebetaretur,& quãtũ uidere potui ſerto laureo cin-
ctum erat.Ego itaq; tanto ex capitis fulgore,cæterorũ aũt membrorũ pu
tredine & horrore exanimis ceciderã,namq; calor oſſa reliqt(ut cum Vir
gilio loquar)& uox faucibus hęſit.niſi illa me apprehẽdiſſet,filiũq; incla-
mans conſolata eſſet.Ego ex his uerbis paulatim reſumẽs animũ agnoui
matrẽ eſſe Germaniã,qua ſalutata & tam uaria mẽbrorũ ualetudine atq;
conditiõe quæſita,illa ſingultu diu uerba impediẽte,tandem hæc fatur la-
chrymans.I celer Bebeli ad regẽ meũ & filiũ chariſſ.Maximilianũ,nõ eñ
priuatorũ dedignatur acceſſum.narra cõditionẽ meã,narra deformitatẽ
narra lachrymas & aſſiduũ luctum in quo tabeſco penitus,dic ipſum uni-
cum eſſe matris refugiũ & ſolamẽ,in quo omnẽ ſpem,ab eo tempore quo
ex utero materno produxi repoſuerim,ipſum item omniũ filiorũ eſſe ca-
put florẽtiſſimũ,cętera mẽbra oĩa marceſcẽtia,dic bono animo ſit,nec de
ſperet meliora lapſis,ut qui ſua uiriditate & uigore plura adhuc mẽbra re
ficere ac recreare poſſit.Ea uero quæ nimiũ putrẽt omnino reſcindẽda cu
ret,nec aliã ſalutis ſpem reſtare,niſi medicina medullitus adhibeat,dic diſ
plicere mihi in primis cõuenticula nobiliũ & procerũ,qua ſe ſubtrahant a
ſancta obediẽtia.Dic ſecũ reputet,quæ cauſa Perſas.Macedonas.Græcos
pariter & Romanos ſubuerterit,inueniet,ꝑfecto propriũ cuiuſq; ſtudium
cõmodũ priuatũ & inteſtinas ſeditiones(quibus oĩbus maxime noſtri
laborant)omniũ regnorũ fuiſſe deſtructionẽ,in ſumma dic regem meum
eſſe eum,qui confeſſo omniũ ſit fortiſſimus,iuſtiſſimus,Chriſtianiſſimus,
nemo illũ uoluptati diditũ,nemo libidini,nemo ocio accuſat,nemo a re-
cto iuſtoq; deuiantẽ,Sola clemẽtia eius tanta eſt quę ad cõmodũ & gloriã
Germaniæ damnari debeat,nam adeo obſtinatę ſunt omniũ aures,ut nõ
clemẽtia ſed tyrãnide opus ſit.Hęc locuta protinus euanuit.Ego aũt ne(ut
pręfatus ſum)ſus mineruã docere uidear,paucis dixiſſe contẽtus ſum,cũ
mihi de his rebus nõ ſit inſtituta oratio,ſed lõge alia ꝓſequar,cumq; obiter
quędã & eadẽ pauca ſim dicturus ſacratiſſ.rex de incredibilib⁹ ijſdẽq; im
mortalibus tuis uirtutibus,lõge etiã mihi aliena mẽs eſt,ac cęteris.Plęriq;
eñ oĩes in principũ laudibus recẽſendis,ad longũ hærẽt in enarrãdis ma
iorũ ſuorũ nobilitate,rebus geſtis,diuitijs,honoribus, cæteriſq; id genus,
quæ ego & ſi unus omniũ maxime de te poſſem prædicare qui es ex ea fa-
milia Auſtriæ ſcilicet natus inclyta & florẽtiſſima,quæ tot regũ atq; impe
ratorũ mater,ſæpe etiã Pãnoniæ,ſæpe Boemię,quãdoq; Polonię reges de
dit,oĩa tamẽ miſſa facio,ne aliena iactare in te uidear,neue aliorũ laudes
tibi uſurpare iudicer,quẽ omniũ laudũ & ampliſſimarũ quarũq; uirtu-
tũ,ueluti exemplar intuemur,nec itẽ de rebus tuis glorioſiſſime geſtis in
præſentia nobis ſermo futurus eſt,Si enim fœliciſſimos tuos triũphos,fau
ſtiſſimaq; trophea,quæ ſummo cũ honore tuo de Frãcis,Eburõibus,Sy
cãbris,Batauis,Morinis,Friſijs,Hungaris reportaſti,& ſi libere per globũ

çcterarũ rerꝫ fortiter a te geſtarũ ꝑagrare uellẽ,nõ eſſẽ parua orõne cõtẽtu
ſed ꝑpetuo quodã hiſtoriarũ cõtextu,tua excellẽtiſſima ꝑconia poſteris de
mandarẽ.At ſi me audire uis rex Maximiliane,multi inueniunt,qui ignẽ
inferãt urbibus,qui inexpugnabilia ſeculis & per aliquot ætates tuta pro/
ſternãt,qui æquũ arcibus aggerẽ attollãt,& muros in mirã altitudinẽ ad/
ductos arietibus ac machinis quaſſent,multi ſunt ꝙ ante ſe agãt agmina,et
tergis hoſtiũ graues inſtẽt,& ad mare magnũ perfuſi cæde gentiũ ueniãt.
Sed hĳ quoqꝫ ut uincerẽt hoſtẽ cupiditate uicti ſunt.nemo illis uenientibus
reſiſtit,ſed nec ipſi ambitiõi crudelitatiqꝫ reſtiterãt,tũc cũ agere uiſi ſunt ali
os,agebant,agebat infœlicẽ Alexãdrũ furor aliena deuaſtãdi,& ad igno
ta mittebat,nõ ergo te maxime rex laudo quia magnos duxeris exercitꝰ
hos em̃ & Cãbyſes(ſcribit Seneca)furioſus ac furore fœliciter uſus habuit
ſed ob egregiã animi moderationẽ,cõtinentiã,tẽperantiã,munificentiam
mãſuetudinẽ,comitatẽ,religionẽ cçteraſqꝫ uirtutes,ꝓpe infinitas,& ut cũ
pſalmographo loquar dilexiſti iuſticiã & odiſti iniquitatẽ ꝓpterea unxit
te deus deus tuus oleo leticiæ prç cõſortibus tuis,atqꝫ ut animi mei ſenſũ
om̃ino aperiã,idẽ mihi de te optimo iure prçdicare cõceſſum eſt, quod Pli
nio de Traiano imꝑatore.Enituit aliqs in bello,ſed obſoleuit in pace, aliũ
toga ſed nõ & arma honeſtarũt,reuerentiã ille terrore,alius amorẽ huma
nitate captauit,ille quæſitã domi gloriã in publico,hic in publico partã do
mi perdidit,poſtremo ad huc nemo extitit cuius uirtutes nullo uitiorũ cõ
finio lederẽtur.Tu aũt hçc om̃ia cõiunxiſti omniũ iudicio,ut inter ſe de ex
cellẽtia certare uideãtur,& quod cui prçferaт ſit iudicatu difficilimũ.Sed
quid ego adoleſcẽs omniũ rerũ imperitꝰ,tuas explicare laudes conor? de
quibus honeſtius eſt tacere,ꝙ pauca dicere,quas & de te prædicari ſola cõ
ſciẽtia cõtentus minime exigas,& mihi de hĳs nõ ſit inſtituta oratio,ut pu
ta minime idoneo.At glorioſiſſime rex,ut tandẽ flectatur oratio ad inſti/
tutũ noſtrũ,om̃is nobis ſermo apud ſacratiſſimã maieſtatẽ tuã habendus
eſt,de laudibus Germaniæ,deqꝫ inopia ſcriptorũ apud eoſdẽ. Libet itaqꝫ
lamẽtari et deflere,iniquã maiorũ noſtrorũ cõditionẽ,ꝙ apud Germanos
reperti ſint qui egregia facerẽt plurimi,qui ſcriberet nullus. Hoc cõque/
ror apud te Imperator,hoc me in lachrymas prorũpere cogit.Si em̃ ſcri/
ptorũ beneficio illuſtria foris domiqꝫ geſta Germanorũ,ad poſteros tranſ
miſſa eſſent,eſſetqꝫ in recẽti memoria ea fortitudo animi,ea ſtrenuitas,ea
in rebus gerẽdis peritia,quas de ſe prçſtiterũt Caroli,Ludouici,Lotharĳ,
Fœderici,Othones,Henrici,Cõradi,Rodolphi,Alberti cæteriqꝫ Germa/
niæ Imꝑatores,Nõ ſemper grçcia mẽdax ſuos, Theſea,Themiſtoclem,Pe
riclem,Milciaden,Cononẽ,Epaminundã,Codrũ,Pauſaniã,Alcibiadẽ cç
teroſqꝫ.Roma uero ſuos Curios,Fabios,Cæſares,Flauios,Scipiões.Orati/
os,Regulos & alios,ad om̃e uirtutis exẽplar opponerẽt,quos noſtri nõ ſo
lum çquarũt rerũ magnitudine,uerũ etiã lõge ſuꝑauerũt,ex hoc uel maxi/
me,ꝙ hĳs nõ æquitas aut ulla uirtutis ratio quærebaт,ſed ſola regnãdi li/

bido. Noſtrorū aūt om̄es labores, om̄ia pericula, om̄is denicꝫ militia ſu ſce
pta eſt, pro deo, pro fide, procꝫ augēda Chriſtiana religiōe, Q. ſi ullus eſt
defunctis (uti nō dubitamus) ſenſus, ꝑfecto horū manes ingemiſcere cre-
dendū eſt, cū tot labores incaſſum ſibi fuiſſe ſuſceptos intelligāt, & tot ne-
quicꝗ egregia opera nō ſolū pro noſtra patria, ſed etiā pro totius Chriſti
anæ religiōis cōſeruatiōe & defenſiōe, ſint non ſolū aggreſſi, uerū etiā ſum
ma cū laude cōfecerint, ut cū ſuis ipſi ſudoribus & auſpicijs Romanę eccle
ſiæ peperint tale incrementū, quale nō Macedo Alexāder ſuis, uel Cęſares
Pōpei, Scipiōes & cęteri ambitioſo Ro. imꝑio, Attamē om̄es oratorū poe
tarū hiſtoricorꝫ & philoſophorū denicꝫ libri referti ſunt, Romanis & græ
cis ad omnē poſteritatis emulationē, Nemo mētionē faciat Fœdericorū,
Carolorū & Othonū cęterorūcꝫ, q̄bus ad om̄e nepotū exēplar nihil repit
om̄ino expreſſius, Nō eſt alia cauſa q̄ꝫ ꝙ res eorū geſtæ ſcriptorꝫ penuria
uenerūt in obliuionē, At ſi pro rerū dignitate laudari debet germania, in-
uenies eā eſſe regionē, quæ de om̄i genere laudis ac uirtutis, cū quauis non
modo earū, quę hac tēpeſtate pręclarę habētur atcꝫ celebres, uerū cū omni
antiquitatis memoria cōtendere poſſit. Quicquid em̄ uirtutis peculiare eſt
cuiuſcꝫ regiōis, hoc totū noſtri ſibi uendicāt, ut non immerito dicere poſſi
mus. Sola Germania habet laudū quicquid omnes poſſedimus. germani
igitur quales ſint, ipſum nomē liquido oſtendit, quoniā nulla eſt gens ex
om̄ibus terrarū regionibus, quarū habitatores hiſtoria cognoſcūtur, vel
quorū memoria ad noſtra uſcꝫ tēpora ſcriptorū beneficio ꝑuenerit, quæ
tale nomen etiā cum rerū pōdere ſortita ſit, q̄d (nec ab re) non ſolū corpo-
ris, ſed etiā animi bonitatē cōplectitur. Dicimur em̄ Germani uel a germi
nando, Germania em̄ teſte Solino diues uirorū, terra frequens populis nu
meroſis & immanibus, quorū corpora & procera ſunt & candida & pul-
chra, ſumuſcꝫ bellicoſi a natura. Et ꝙ ſine noſtrorū laude nuncꝫ meminiſſe
poſſum. Germani dicimur quaſi fratres, nuncꝫ em̄ tanta laborarunt maio
res noſtri inteſtina ſeditiōe, quin nō aduentātibus externis hoſtibus, ſum-
ma cōcordia & fraternitate ut ita loquar coadunati, fortiter & unanimes
hoſtibus cōgrederētur, & manū cōſererent, Nec Strabonē (parcat mihi hō
græcus & qui non uidit) in hoc loco admittā, qui uoluit nos dictos quaſi
fratres gallorum, ꝙ proceritate corporū, forma & moribus & uiuēdi riti-
bus, illis eſſemꝰ ſimiles, quos ſemper ꝓceritate & pulchritudine corporū.
in oīcꝫ uirtute atcꝫ pręſtātia militari lōge ſuꝑauimꝰ, Id q̄d exteri exhibēt
Agrippa em̄ rex Iudęorꝫ laudās Germāos a fortitudine. Gallos nō a forti
tudine ſed a diuitijs cōmendat. Cæſar aūt dicit Germanos multū a conſue
tudine Gallorū differre, cum eorū uita om̄is in uenationibꝰ atcꝫ in ſtudijs
rei militaris cōſiſtat, a paruulis, duriciei ac labori ſtudētiū, Gallos aūt mol
les eſſe dicit. Nā ut (ingens) ad bella ſuſcipienda gallorꝫ alacer ac ꝓmptus
eſt animus, ſic mollis ac mīme r̄ſiſtēs, ad calamitates ꝑferēdas mens eorū

eſt,quos alibi infirmitatis idē accuſat.Et alio loco.Galli paulatim aſſuefa-
cti ſuperati,multiſq; uicti prelijs,ne ſe quidē ipſi cū Germanis uirtute cōpa
rāt.Cōfirmat & Cornelius Tacitus.Treuiri & Nerujj circa affectationē
Germanę originis ultro ambitioſi ſunt,tanq; per hāc gloriā a ſimilitudine
& inertia Gallorū ſeparētur,qui Galli,& ſi hodierno die ſint noſtrū genus
& a Germanis maiori ex parte deſcēderint,adeo tamē degenerauerūt a
nobis,forſan ex mitiori cœlo,ut fratres nobis nec a bonis corporis nec ani
mi poſſint iure cēſeri.Præter plęroſq; Belgas,qui in noſtrū nomen & iuriſ-
ditionē penitus tranſierūt.Belgarū em̄ clariſſimi Treuiri itē Heluetij Rau
races,Tribotes,Nemetes & Vangiones & plærięq; Belgæ ignominiæ lo-
co acciperēt ſe Gallos uocari,nec Cornelio Tacito aſſentior qui Germa-
niæ uocabulū recens eſſe dicit,tantūq; eos dici Germanos qui trans Rhe-
num pulſis Gallis cōſederint,ita em̄ inquit.Cæterū Germaniæ uocabulū
recēs & nuper auditū,quoniā qui primi Rhenū tranſgreſſi Gallos expulē
rint,ac tunc Tungri nūc Germani uocati ſunt,ita natiōis nomen eualuiſſe
paulatim,ut omēs primū a uictore ob metū,mox a ſe ipſis inuēto nomine
Germani uocarent.Primū q̄ antiquitus Germania uocitata eſt,quæ nunc
Frācia dicitur.Ita refert diuus Hieronymus.Inter Saxones quippe & Ale-
mānos gens non tam lata q̄ ualida,apud hiſtoricos Germania,nunc uero
Francia uocatur.Et Iulius cæſar.ueros Teutones qui duce Ario iuſto Rhe
num tranſgreſſi ſunt nominitauit Germanos. Recēs etiā nomē nego,q̄tū
em̄ hiſtoriæ uel antiquiſſimæ tradūt,& ab eo tēpore quo lingua latina in
exteras natiōes uagari cœpit.dicta eſt hæc regio Germania.Antiquituſq;
Germanos Rhenū traductos Belgarū in finibus conſediſſe cōperimus.Et
Titus Liuius Germanorū meminit tēpore Brēni & Senonū in Italia,unde
& eius deriuatio explodi poteſt,nos uerū dedimus Germaniæ interpreta
mentū.Et ut dicā quod ſentio Cæſar auguſtiſſime.Quæ eſt natio alia ſub
cœlo,ubi tāta tāq; ſyncera nobilitas principū ſit,uti apud Germanos:ubi
tot generoſi pceres:ubi tot fortiſſimi eqtes:totq; animoſi milites:nec eſt
ſtē ex uniuerſo terrarꝫ orbe alia natio,ubi ſit tāta populi multitudo,ubi ſit
tantū roboris atq; animi,id q̄d etiā remotiſſimis a nobis gētibus eſt in ap-
to.Silētibus em̄ nobis cōfirmat(teſte Ioſepho)Agrippa rex Iudęorū in cō
tione.Quis ueſtrū(inquit)nō audiuit multitudinē Germanorū:uirtutem
quoq; & magnitudines corporū,ut arbitror ſępe uidiſtis.Sed illi quidē ita
ingentē ſpacijs regionē incolētes,ſpiritus aūt maiores corporibus gerētes
& animā qdē contēptricē mortis,indignatiōes aūt uehemētiores feris &c.
Ecce quāta laus ab externis.At quid pluribꝰ moror in re apta,cū lōge ma
iora reſtēt,quæ eſt demū gens alia,quę ſuos fines adeo lōge lateq; in omēs
mūdi angulos ꝓtulerit,ut noſtra.Germanię em̄ fines,uti ueteres rerū ſcri-
ptores ꝓdiderūt,ab oriēte Hiſtula fluuiꝰ & Hūgarię limes fuerūt.Ab occi
dēte Rhenus.A meridie Danubiꝰ.A Septētriōe Oceanus & mare Balthe

tum quod & Sueuicū appellāt. Nūc quantū extra hos terminos, nō ſolū ui
ctrici manu uagati ſimus, q̄d cū pluribus populis & regibus poteſt nobis
eſſe cōmune, uerū etiā adhuc poſſideam⁹, & ea cōditiōe, ut ſe aliud eſſe ge
nus a nobis penitus ignorēt, nō obſcure dat̃ intelligi. Ab oriēte ſępe cruen
to marte Hūgaros ꝑcuſſimus, noſtra eſt ultra Hūgariā regio ſeptē caſtro
rum ut uulgo dicit̃, cuius gētes Iazigas Methanaſtas. uel cōmuniori uoca
bulo Dacos appellitauit antiq̄tas. Quod ſi meridiē uerſus ꝓcedas. Rhœ-
tos. Vindelicos. Noricos hoc eſt Boioarios atq; Alpeſtres circum iacētes.
Auſtriā, Stiriā quondā Alpeſq; poſſidemus uſq; in gremiū Italiæ ꝓgreſſi,
magnaq; ex parte Hiſtros & Liburnos, quorū regionē ut multi exiſtimāt
hodie Carni Croatini & Carinthiani obtinēt, in ditionē noſtrā redegim⁹,
Sæpe itē Ligures & Inſubres, nūc Lōgobardos. Deniq; quæ eſt & gens a
nobis Sueuis originē ducēs iuxta Corneliū Tacitū qui Lōgobardos inter
Sueuos annumerat. Sępe Thuſcos, Siciliā. Græcos, totāq; Italiā cruēta ma
nu cōtudimus. Nōne maiori ex parte Germani fuerūt de quibus ſcribit di
uus Hieronym⁹ ad Heliodorū. Horret animus tēporum noſtrorū ruinas
ꝓſequi. Viginti & eo amplius ſunt anni, q̄ inter Conſtātinopolim & Al
pes Iulias quotidie Romanus ſanguis effunditur. Scythiā. Thraciā. Mace-
doniā. Theſſaliā. Dardaniā, Achaiā. Epiros. Dalmatiā cūctaſq; Pānonias.
Gotthus. Sarmata, Quadus. Alanus, Vādali, Marcomāni uaſtant, trahūt
rapiūt. Lōgobardi itē de q̄bus ſupra dixim⁹. Germani quid egerint in Ita
lia & Gallia (cuius ad huc partē poſſidēt) neminē latet, qui & ipſi Pannoni
am olim occupaſſe prędicātur, expulſis prius Hunorū populis fortiſſimis
Ab occidēte nemo eſt qui neſciat q̄ late noſtrū nomē ꝓtulimus, noſtri ſūt
eiectis Gallis quondā Heluetij, noſtri Rauraces, noſtri Tribotes, Nemetes
Vangiōes. Treuiri, Neruij, Cōdruſi, Menapij, Mediomatrices, Vbij, Ebu
rones. Bataui. Morini, Leopōtij, Aduatici, Friſij, Ambiuariti. Magūtiaci,
Allobroges, Bethaſij, Leuci, Seduſij, Segni, Sueſij, Nantuātes, Tulligni, no
ſtra eſt Britānia quā Sueui Angli quorū meminit Cornelius Tacit⁹ poſſi
dentes, Angliā nominitauerūt. Et Ptolomeus inter Sueuos Anglos ponit,
dicūt alij eſſe Saxones, uti maior pars recentiorū, ſed quibus refragatur ue
nerabilis preſbyter Beda & ipſe Anglicus in hiſtoria anglorū, referēs An
glos habitaſſe inter prouincias uitarū & Saxonū, quorū ager in eorū egreſ
ſu diu deſertus manſerit, hanc hiſtoriā ſi legeris inuenies luculenter aliud
genus eſſe Anglos a Saxonibus, aliquotq; genera Anglorū. Picti item &
Scoti Germani ſunt populi, q̄ ſi dēpſeris Francos & Burgūdiōes qui fue-
rūt Germani, & germanis oriūdi nomēq; terræ dederūt, totā pene Galliā
ſuſtuliſti. De cuius calamitatibus ita loquit̃ noſter Hieronymus. Gēs The
thonum ex ultimis Oceani atq; Germanię profecta litoribus oēs Gallias
inundauit, ſæpiuſq; cæſis Romanis exercitibus apud aquas Sextias Ma-
rio pugnāte ſupata eſt. Idē innumerabiles & ferociſſimę natiōes uniuerſas

Gallias occuparũt,quicq̃d inter Alpes & Pyreneũ eſt quod Rheno Ocea-
noq; includit,Quadus,Vãdalus,Sarmata,Halani,Gipedes,Heruli.Saxo
nes,Burgũdiões.Alemãni & o lugẽda reſp.hoſtes Pãnonij uaſtarũt. Ma-
gontia cũ nobilis quondã ciuitas capta atq; ſubuerſa eſt.Vãgiones multa
obſidiõe deleti.Remorũ urbs ꝑpotẽs,Ambiani,Attrebatę,extremiq; ho
minũ Morini.Tornacũ.Nemetę.Argẽtoracũ trãſlatę in Germaniã.Aqui
taniæ nouẽq; populorũ Lugdunẽſis & Narbonẽſis ꝓuincię ꝑter paucas
urbes populata ſunt cũcta.Quid dicã de Hiſpania:quę Germanorũ forti
tudinẽ mſtis cladibus ſenſit.nõne & Sueui noſtri ſub Archadio & Hono-
rio uaſtatis Gallijs Pyreneoq; ſuꝑato Hiſpanias ingrediunt,oĩa uaſtan-
tes ac dilaniãtes,tandẽ in Galecia cõſederũt,ibiq; ſeptẽ ꝑ ordinẽ rges habu
erũt.Si aũt ꝑgas ad ſeptẽtrionẽ nr̃a eſt Pruſſia,cui⁹ habitatores ãtea Hul-
merigros uel Bructeros dictos ex manib⁹ infideliũ detrahẽtes nobis &
Chriſtianę reip.ciues fecimus.Sũt pręterea Cimbri q̊s nũc Daunos uel Da
cos uocam⁹.Sueti.Noruegij & Gotthi in ultimis orbis regiõibus ſiti.per
bellicoſã Germaniã Chriſtianitati donati,q̊s tamẽ oẽs Germanię finib⁹
cõtineri cõſultiſſimis coſmographis ꝑſuaſum eſt:In Balteo enim mari (q̊d
melius Sueuicũ a Sueuis & Sueuo monte ut poſt dicã diceret) Inſulæ ſunt
multę,ipſi⁹ Germãię & ꝑſertim Stãdinauia oĩm clariſſima,unde Gotthos
exiſſe oẽs eruditi inter recẽtiores ſcriptores affirmãt,& Gotthia ipſa uel
hodie dicit,uel q̃d magis credibile eſt,cũ incõpertæ ſit magnitudinis pars
Stãdinauię eſſe põt.De inſulis igit Sueuici maris,uerba Plinij adducem⁹
li.iiij.na.hiſto.dicẽtis.Incipit inde clarior apiri fama ab gẽte Ingeuonũ,quę
eſt prima.inde Germãię Sueuus mõs ibi immẽſ⁹,nec ripheis iugis minor,
immanẽ ad Cimbrorũ uſq; ꝓmõtoriũ efficit ſinũ.q Codanus uocat, refer
tus inſulis,q̃rũ clariſſima,Stãdinauia eſt incõpertę magnitudinis,portiõe
tantũ ei⁹ q̊d ſit notũ Hilleuionũ gente,quingẽtis incolẽte pagis.quę alterũ
orbem terrarũ eam appellat,nec minor eſt opiniõe Eningia quidã hęc ha-
bitari Viſtulã uſq; fluuiũ a Sarmatis Benedis.Scyris.Hyrris tradũt.Sinũ
Clylipenũ uocari,& in oſtio eius inſulã Latrin.Mox alterũ ſinũ Lagnum
cõterminũ Cimbris,ꝓmontoriũ Cimbrorũ excurrẽs in maria lõge,pen-
inſulã efficit,quę Hauſtiſus appellat,xxiii.mille paſſuum.Inde inſulę Ro-
manis armis cognitę.Earũ nobiliſſima Burcana,Fabaria a noſtris dicta,a
frugis ſimilitudine ſpõte ꝓueniẽtis.Itẽ Gleſſaria a ſucino militię appellata
a barbaris Auſterania.prætereq; Actania.Tota aũt hoc mari ad Scaldin
uſq; fluuiũ Germãię incolũt gẽtes.haud explicabili mẽſura.Hęc Plini.Ego
ut ad inſtitutũ redeã.Liuonii maioribus etiã incogniti. in fidẽ Chriſti &
Teutonũ dominiũ cõceſſerũt.Q; ſi in uniuerſum noſtrorꝝ illuſtria facta
recẽſere libet.paucę ſunt gẽtes in uaſto terrarũ orbe.quę nõ aliqua ex par-
te Germanicũ martẽ ſunt expertę.uel ſaltẽ noſtrũ nomẽ nõ formidauerit
aliq̃n.Romani uero terrarũ domitores.& ſi nobis ſæpe fuerint ſuꝑiores.

nūqꝫ tamē hos ſine cruēta & luctuoſa uictoria domū remiſimꝰ. quos & ſę pe uicimus. & memorabile cladi affecimus. Teſtis eſt nobis Corneliꝰ Ta‐ citus nō Germāus ſed Romanꝰ ſcriptor. Sexcēteſimū & xl. annū (inquit) urbs nr̄a agebat. cū primū Cimbroꝝ audita ſunt arma Cecilio. Metello. ac Papirio Carbōe cos. ex quo ſi ad alterū imꝑatoris Traiani cōſulatū cō‐ putemꝰ. cc. ferme & xx. anni colligunt̄. tamdiu germania uincit̄. medio tā lōgi eui ſpacio multa inuicē dāna. nō Samnis. nō Pœni. nō Hiſpanię. Gallię ue. ne Parthi quidem ſępius admonuere Quippe regno Arſacis acrior eſt Germanoꝝ libertas. quid em̄ aliud nobis ꝗ̄ cedē craſſi amiſſo & ipſo Pa‐ coro infra Vētidiū deiectꝰ oriēs obiecerit. At Germani Carbōe & Caſſio & Scauro Aurelio. & Seruilio cepiōe M. qꝫ Mālio fuſis uel captis quinqꝫ cōſularibus exercitibus. Po. ro. Varum treſqꝫ cū eo legiōes etiā Cęſari ab ſtulerūt. nec impune C. Marius in Italia. Diuus Iulius in Gallia. Druſus ac Nero & Germanicus in ſuis eos ſedibus perculerunt.. inde ocium donec occaſione diſcordiæ noſtræ & ciuilium armorum expugnatis legionum hybernis. etiā Gallias affectauere. ac rurſus pulſi, in de proximis tempori‐ bus triumphati magis ꝗ̄ uicti ſunt. Quare Florꝰ bene dixit Germaniam quoqꝫ utinam uincere tantum non putaſſent Romani. magis turpiter amiſ ſa eſt ꝗ̄ glorioſe acquiſita. Nonne & Lollius ab Auguſto in Germaniam miſſus, maxima cum infamia bello uictus eſt. Et Vānius a Druſo Cæſa‐ re Sueuis impoſitus turpiter trucidatus. Quid ſub Galeno & Valeriano imꝑatoribus factū eſt. Germani in oēs Romāoꝝ fines inuehūt̄. Alpibus Rhetia. totaqꝫ Italia penetratis. Rauennā uſqꝫ ꝑueniūt. Alemāni Gallias ꝑ uagātes etiā in Italiā trāſeūt. Quadi & Sarmatę Pānonias deꝑꝑlant̄. Ger‐ mani ulteriores abraſa potiunt̄ Hiſpania. Hęc Paulus Oroſiꝰ ad Auguſti nū Sed qd de Vādalis & Gotthis. quę ambę gētes fuerūt Germanię. habu erūtqꝫ uerā originē a Germania. qui qd in Gallia. Hiſpania. Sicilia. Illyride & in Pānonia egerint bellicoſa manu, nemo eſt q neſciat. Hi; toti Italię, Ro mæqꝫ urbi (quā ſępius captā ſpoliauerūt diripuerūtqꝫ) iugū impoſuerūt quin potiꝰ lacerarūt miſerrime. Grecia Macedonia. Pōtus & Aſia. Gottho rū inūdatiōe delet̄. Pānonia itē & Mœſia. & oīs Illyris occupat̄. Huniqꝫ ab his uicti Vādali aūt oīa per utraſqꝫ Mauritanias Numidiāqꝫ populati ſūt Carthago ab his capta. Immo & tota Africa Egiptū uſqꝫ & Aethiopiā ab iiſdē late dominātibꝰ occupata. Huni ſiue mauis Hūgari poſtremū lōge la teqꝫ ꝑdicant̄ nec immerito. quorū nomen barbaruſqꝫ exercitus, toto terra rū orbe formidabiliſſimꝰ fuit. Tedet dicere quas clades. quęqꝫ detrimēta Illyriis. Thracibꝰ, Italię. Gallię. Hiſpanię. etiā Germāis, ceteriſqꝫ natiōibꝰ, in tulerint. ſed a qbus queſo? nō ſemel et iteꝝ, uerū ſępiꝰ uicti ſunt ꝗ̄ a Germa nis Carolꝰ Magnus ſuis eos in ſedibꝰ, hoc eſt in Hūgaria (ſunt em̄ ab origi ne Scythę) ut uolūt ꝑcuſſit atqꝫ ſuꝑauit, Pipinus eius filiꝰ iterū rebellātes in deditionē recepit. Ottho primꝰ iuxta Auguſtā uindelicorū ad internitio nē pene deleuit. Cōradus primꝰ. dux Sueuorū Sclauos ꝗ̄s dicūt et ipos Hu

nos cõpeſcuit cuius anno primo Huni a Sueuis & Boioariis iuxta Rhenũ
uincũtur Henricus rex Alemãnorũ eoſdem apud Merſpurgũ, memora-
bili ſtrage affecit. Henricus dux Boioariorũ capta aquilegia, Hunos Italiã
ꝑnuadere conatos ꝓpe Iuſtinopolim ꝑlio bis cõmiſſo, ꝓfligauit, atq; in Hũ
gariã redire cõpulit. Henricus ſecũdus Sueuus in ꝓpriis ſedibus uicit atq;
hiis regẽ dedit, nec te lateat, apud me eoſdẽ eſſe Hunos & Hũgaros, uti eti
am Blõdo uiſum eſt, dũ inqt, In hoc uero fœliciores Huni, ꝙ ſoli ex omib⁹
ſcilicet populis ꝑ terras hinc armata manu uagãtibus, ꝓuinciẹ q̃ obtinue-
rũt ſuũ dedere nomẽ, pro Pãnonia em̃ uidemus ſemper poſtea Hungariã
eſſe dictã, nec hoc incõgruũ, nam cũ dicãtur Huni, facile eorũ regio in Hũ
gariẹ nomẽ cõceſſit, quod niſi ita eſſet, hẹc tantũ de Hungaris dixiſſe uoki,
quos cõſtat ferocia animi, ſcythicaq; crudelitate atq; ſucceſſu rerũ Hunis
nunq; fuiſſe inferiores, qui & ipſi Scythẹ ſunt, Et Huni ſiue poſteriori & al-
tero exercitu Scythia ꝓfecti, ſiue paulatim (ut fit ſæpe) murato paulum ut
dixi uocabulo ſic dicti, priores aũt Huni una cũ Gepidis ſuis a Lõgobar-
dis Germãis uicti. Pãnonia extermĩati ſunt, quã illis ꝑcario poſtea Longo
bardi inhabitãdã cõceſſerũt, Quadi et Turingi primos Hũos ſuaſu oſtro-
gotthorũ ſuparunt filios atilẹ duos fratres, qui terrore cõcuſſi in Scythiã re
fugerũt, & patriã ſuã At lõgũ eſſet r̃ferre omino, ut redeã unde digreſſus,
quas intulerint Romãẹ reip. moleſtias atq; clades Germãi, q & ſi Romão
rũ fortunæ & fœlicitati aliqñ ceſſerũt, poſtea tamẽ & ipſi de Romanis, de
Gallis, de Hiſpanis, de Hũgaris atq; aliis diuerſis gentib⁹ ſẹpenũero trium
pharũt, nec Romãi cũ rerũ potirent̃ res magnas ſine Germãis auxiliãtib⁹
ꝑegerũt, qui em̃ alii q̃ Germãi uicerũt Põpeiũ illũ magnũ: qui Alexandri
Macedõis, Herculis, Liberi Patris acta ſupaſſe ꝑdicat̃, Citet̃ Lucius florus
q de bello philippico ait. Nã cũ diu ẹquo marte cõtenderẽt Põpeius & Cẹ
ſar, iuſſuq; Põpei fuſus a cornu erupiſſet eqtatus, repẽte Cẹſar ſigno dato,
Germãorũ cohortes tantũ in effuſos eqtes fecere impetũ, ut illi eſſe pedi-
tes, hii uenire in equis uiderẽtur, hãc ſtragẽ fugiẽtis equitat⁹ leuis armatu-
rẹ ruina comitata eſt. Et ſi liceat ueritatẽ dicere Impatores Romãi, cãdidiſſi
mi triũphi loco duxerũt Germãos Rheno tenus ꝓhibere potuiſſe, ne ut ſẹ
piſſime factũ eſt Germãi in fines Gallorũ Hiſpaniarũq; & ipſius Italiẹ ꝓrũ
perẽt. Nã trãs Rhenũ nemo eos impune laceſſiuit, nec quiſq; externus fœ-
liciter diu apud eos, quãtacũq; potẽtia & multitudine ſtipat⁹ fuerit, regna
uit. Obiiciet̃ ſcio ſtatim mihi Cẹſar qui res magnas in Germãia geſſiſſe ꝑdi
catur, At uideamus quid geſſerit, inueniem⁹ ſe ipſo referẽte & ſolos Sycã
bros adortũ fuiſſe, q cũ fugiſſent Cẹſarẽ paucos dies in eorũ finib⁹ moratũ
omibus uicis ẹdificiiſq; incẽſis, frumẽtis ſuccẽſis ſe in fines Vbiorũ recepiſ
ſe. At quid contra Sueuos geſſerit referet ipſe idem Cæſar, Vbiis auxiliũ
ſuum pollicit⁹, ſi ab Sueuis premerẽtur, hẹc ab his cognouit Sueuos poſt-
(quam per exploratores pontem fieri comperiſſent,

more ſuo conſilio habito,nuncios in om̃es partes dimiſiſſe,uti de oppidis
demigrarẽt,liberos,uxores ſuaq; omnia in ſiluas deponerẽt, atq; om̃es q
arma ferre poſſent,unum in locũ cõuenirẽt,hũc eſſe delectũ mediũ fere re
gionũ earũ quas Sueui obtinerẽt.Hic Romanorũ aduentũ expectare,atq;
ibi decertare cõſtituiſſe,quod ubi Cæſar cõperit,om̃ibus hijs rebus confe-
ctis,quarũ rerum cauſa traducere exercitũ cõſtituerat,ut Germanis metũ
inijceret,ut Sycambros ulciſceretur,ut Vbios obſidione liberaret,diebus
omnino,xviij.trans Rhenũ cõſumptis ſatis,& ad laudẽ & ad utilitatẽ pro
fectum arbitratus ſe in Galliã recepit,pontẽq; reſcidit.Accipio igitur Cæ
ſarẽ in teſtẽ & requiro eius ſcripta quid fecit in Germania laude dignũ? fe-
cit pontẽ per Rhenũ multis diebus,ſumma difficultate & maximis impẽ
ſis,ut afflictis Vbijs auxiliũ ferret contra Sueuos.At bone Cęſar ubi audi
uiſti Sueuos eſſe cõgregatos.Romanorũ aduentũ expectare,atq; cum his
decertare cõſtituiſſe,fugis in Galliã celeriter pontẽ reſcindẽs, ne te inſequi
poſſent.O miſerũ auxiliũ quod fers Vbijs,quos in ſumma omniũ rerũ dif
ficultate atq; anxietate reliquiſti,nunc uerum eſſe experiris quod prius di
xiſti,Sueuorũ eſſe gentem longe maximã & bellicoſiſſimã omniũ Germa
norũ,nunc crediturus es Tencatheris qui apud te dixerunt,ſeſe unis Sue-
uis cõcedere,quibus ne dij quidẽ immortales pares eſſe poſſint,Reliquum
quidem in terris eſſe neminẽ,quẽ nõ ſuperare poſſint.O qualẽ metũ,q̃ par
uum inieciſti Germanis cum iſta tua exercitus traductione,q̄ ſi cæſar de
ſe ipſo hęc fatetur,quid ſi quiſpiã ex Sueuis interfuiſſet,remq; ad poſteros
tranſmiſiſſet? O q̃ in multis diſſentiret a Iulio,nemo enim eſt qui non ma-
gnifice de ſuis rebus loquatur,multo magis ſcribat,Et aduerſariorũ q uã-
tum poſſit extenuet.Quare Auguſtiſſime rex iuſtiſſime, conqueror Ger
manis nunq̃ animos ſed ſcriptores defuiſſe.At cæſar conſciẽtia forſan rerũ
antea trans Rhenũ parũ magnifice geſtarũ,iterum pontẽ fabricat atq; ex-
ercitũ traducit.ipſe huius reddit cauſam eſſe,q̄ Germani auxilia contra ſe
Treuiris miſerãt,tandẽ reperit a Sueuis auxilia miſſa eſſe. Poſtq̃ Sueuos
audit eſſe in armis,atq; aduentũ Romanorũ expectare,rem frumentariã
prouidet caſtris,Idoneũ locũ deligit. Vbijs imperat pecora deducant,ſua
omnia ex agris in oppida conferãt,ſperãs barbaros atq; imperitos homi-
nes inopia cibariorũ adductos,ad iniquã pugnãdi cõditionẽ poſſe cõduci.
At ubi deſperauit eos inſidijs circũuenıri poſſe,reducto exercitu (ut ipſe in-
quit) partem ultimã pontis,quæ ripas Vbiorũ cõtingebat in longitudinẽ
pedum ducentorũ reſcidit,atq; in extremo ponte turrim tabulatorũ quat
tuor cõſtituit,præſidiũq; cohortiũ duodecim põtis tuẽdi ponit,magniſq;
eum locum municiõibus firmat.Ecce Vbijs in ſummo diſcrimine poſitis,
ipſe reſcindit pontẽ ex una parte,& ex alia ne Sueui ſubſequi poſſint præ-
ſidium locat,unde factum reor ut ſucceſſu tẽporis Vbij a Sueuis oppreſſi
& detriti,in ulteriorẽ Rheni partem cõceſſerint uti nemo dubitat.Quare

ueriſſime dicit Eneas Siluius, Terrarū ille calcator omniū,& orbis domi
tor Iulius Cæſar q̃uis ſubactis Gallis ſæpe Rhenū trāſiuerit,bellicoſam ta
men & aſperā Sueuorū gentē dimiſit indomitā,Auguſtus Octauian⁹ cui
& Parthorū & Indorū reges munera miſerūt,qui unus omniū Romano-
rum fortunatiſſimus eſt creditus,ille inq; fœliciſſimus impator, nec alibi
teſte Suetonio niſi apud Germanos ſuccubuit,nā Lollianā & Varianā cla
dem in Germania perpeſſus eſt .Lollianā maioris infamiæ q̃ detrimēti.
Varianā pene exitialē tribus legionibus cū duce, legatiſq; & auxilijs omi
bus cæſis,unde adeo conſternatū ferūt fuiſſe auguſtum ut per continuos
menſes barba capilloq; ſummiſſo caput interdū foribus illideret, uocife-
rans.Quintili Vare legiones redde, diemq; cladis quotānis mœſtū habue
rit ac lugubrem,ꝙ ſi uiginti bellorū libri extarēt Plinij ſecūdi,quæ geſſe-
runt cum Romanis Germani,pro cōfeſſo habeo multa & innumerabilia
poſſe reperiri,quę ad noſtrū decus & ornamentū non mediocriter facerēt,
quæ omīa intercepit temporū iniuria.Poſtremo ſi fidē uolumus adhibere
ſicuti non immerito poſſumus Goffredo Viterbiēſi in ſuis chronicis,& ꝗ
buſdam alijs fide dignis ſcriptoribus,Sueui Senones quorū meminit Pto
lomeus,Strabo.Cornelius Tacitus,& alij cum trāſrhenanis Germanis in
Belgarū finibus habitātibus,anno ab urbe cōdita ſeptuageſimo quarto ſu
pra tricēteſimū duce Brenno,qui & idē Sueuus erat Italiā ingreſſi ſunt.Ro
mam uaſtauerūt.Subiugatis tamē ante Gallis & cōditis a ſuo nomīe Gal
lis Senonibus(Scim⁹ em̄ plęroſq; Gallos eſſe ortos a Germanis, Rhenūq;
traductos antiq̄tus,& ꝓpter loci fertilitatē ibi cōſediſſe) in partē etiā mili
tiæ receptis.Romā incēdit pars atq; in Italia cōſedit,pars eorū Illyricos ſi-
nus ꝑ ſtrages Barbarorū penetrauit & in Pannonia cōſedit,alij Græciam
alij Macedoniā omīa ferro ꝓſternētes petiuere,Hij ſunt Senones ꝗ poſtea
Gallo græci,poſtremo Gallatę dicti ſunt,eos aūt fuiſſe Germanos luculen
tum dat argumentū diuus Hieronymus li.ij.in epiſt.ad Galatas,qui dicit
Galatas excepto Græco ſermone quo omīs oriens loq̄tur propriā linguā
eandē pene habere q̃ Treuiros,Cōſtat aūt & haud obſcurū uideri debet.
Treuiros lōgo tēpore ante diui Hieronymi natiuitatē tranſiſſe in nomen
nationēq; Germanicā,hoc primū uidetur probare Iulius Cęſar qui ſcribit
plęroſq; Belgas ortos eſſe a Germanis.Rhenū antiquitus traductos ꝓpter
loci fertilitatē ibi cōſediſſe.Galloſq; qui ea loca incolerent expuliſſe .Aſti-
pulatur & Suetonius qui dicit Auguſtum Sueuos & Sycambros ſeſe de-
dētes traduxiſſe in Galliam atq; in proximis Rheni agris collocaſſe.Cor
nelius item Tacitus.Treuiri & Neruij(inquit) circa affectationē Germa-
nicę originis ultro ambitioſi ſunt.Et idem ipſam Rheni ripam haud dubie
Germanorū populi incolūt Vangiones,Triboci.Nemetes & Vbij,quib⁹
omnibus proximi ſunt Treuiri,Et Ammianus Marcellinus qui ante Hie
ronymū ſub Iuliano floruit.Coloniā Agrippinā,& Treuerim urbes eſſe

Germaniæ ꝓdidit,Et Cornelius alibi libro xix.tēpore Vitellĳ Treuiros ſuiſſe Germanos luculētiſſime oſtēdit,his uerbis.Et uictę legiões ne manē-te adhuc ciuili bello ambigue agerēt per Illyricū diſperſę,in Britāniā inde & Hiſpanos,nūcios famāq; in Galliā,Iulium Calenū tribunū in Germani am Alpinū montanū prefectum cohortis q; hic Treuir.Calenus heduus, uterq; Vitelliani fuerāt oſtentui miſere.Nec ego accedo hĳs qui ſcribunt Sueuos Seninones.Senones em̄ in uetuſtiſſimis libris atq; etiā in noua im-preſſura reperio,quod aūt Liuius & eius ſequaces tantū meminerūt Gal-lorum,mirū nemini uideri debet,quoniā &,eo tēpore notiores & ꝓximio res erant Romanis Galli,& Sueui Senones iampridē ingreſſi Galliam ibi ſedem locauere.At ego adoleſcēs ne contraire temere Liuio latinorū hi-ſtoriographorū facile principi uidear,referam ad ſcholam eruditorū,con-tentus ea dixiſſe,quæ non aliena uidētur a ueritate,ueluti & plęriſq; hiſto ricis non ita recētibus uiſum fuiſſe ſcio.Sed ne hiſtoriā facere uelle uidear, neue tuas aures longis ambagibus detineam Cæſar ſacratiſſime,de bellis Germanorū plura dicere ſuperſedeo,quæ non unam & eandem paruam orationē ſed grandia uolumina expeterēt.Et ne quid nobis deeſſe uidear uideo plęraſq; urbes & populos origine & uetuſtate gloriari,in quo gene re laudis noſtros in primis excellere liquet,nos em̄ (ut quidā de Atheniēſi-bus dixit) p̄ter incrementū,etiā origine gloriamur,& honeſtiſſimis initĳs Quippe nō aduenę,neq; paſſim collecta populi colluuies originē Germa-nis dedit,ſed in eodē nati ſolo quod incolimus,& quæ nobis ſedes,eadē ori go eſt,hoc Cornelius Tacitus cōfirmat,ipſe eorū (inquiens) opinionib⁹ ac cedo,qui Germaniæ populos,nullis alĳs aliarū nationū cōnubĳs infectos ꝓpriā & ſyncerā,& tantū ſimilē ſui gentē extitiſſe arbitrātur.Q; ſi de uetu ſtate quæris inuenies Germanos a Tuyſcone filio Noe quē alienigenæ Ia-nū uocitāt ortos & plantatos.Inde Teutones dicti uulgo tuytſch a Tuy-ſcone,teſtis eſt antiquiſſimus ſcriptor Beroſus ſacerdos Babilonicus,qu refert Noe Ianū dictum ab exordio regni Babilonici q̄d cœperat anno a diluuio,cxxxi.miſiſſe Tuyſconē in Europā ibiq; regē feciſſe,addit etiam primū Babilonici regni Saturnū dictum Nymbrotum quem nos Nem-rad uocam⁹ regnare cœpiſſe anno a diluuio,cxxxi.& regnaſſe annis.lvi. cui⁹ impĳ anno,xxv.Tuyſcon gygas Sarmatas maximos populos fun-dauit,legib⁹q; formauit apud Rhenū āno quarto Nini q nepos fuit Nym broti.Regnauit aūt Tuyſcō annis,clxiĳ.ad cuius temporis medietatē nō ꝑuenerūt Babilonici reges,qa uiri ſanguinū & doloſi nō dimidiabūt dies ſuos,ut teſtāt ſacrę lrę.Ex eiuſdē igit ṽbis nō obſcure intelligem⁹ Alemā nos ab Hercule alemāno ul'a Māno filio Tuyſcōis dici,q̄ſi ab alueo hoc eſt fluuio Māni,Ale em̄ Scythice & alue interp̄tant alueū docti Talmudeſtę, ut dicit Io.Anni⁹.Alemāni igit nūcupamur,tanq; habitātes cis alueū et flu uiū Māni,et hic ē fluui⁹ rhen⁹,Id q̄d idē teſtat Beroſus apđ Rheni Sarma-tas (inquit) r̄gnauit fili⁹ Tuyſcōis Mān⁹,Sarmatiam autem Germania in ſe

cõprehendit,eodẽ dicente.In Europa regẽ Sarmatię fecit Ianus Tuyſconẽ
a Tanai ad Rhenũ,nec his accedo qui uolunt nos dictos Alemãnos a Le-
manno fluuio,quoniã hic non in Germania ſed in Gallia Celtica fluit nõ lõ
ge a Rhodano,de quo nihil ad Germanos,Cæteri Alemannos ex ala ma-
gna,nonnulli ex uulgari Alman deriuãtes temere hallucinati ſunt,nec mi
nus illi qui a Limago Heluetiorũ( qui ſunt Galli) flumine Alemãnos deri-
uant,aut quæ cõuenientia Alemãnorũ cum Limago? ſomniare profecto
uidẽtur,qui tam imprudẽter hæc cõfingere audẽt,niſi Limagũ prius Le-
mannũ dictũ uelint,nulla tamẽ ueterũ auctoritate freti. At ſunt cæſar et de
bent merito parua exiſtimari quæ diximus omnia,quoniã peſſimis qui-
buſq; hæc cõtingere poſſunt.Sed laus optima dicẽda eſt quę a uirtute pro
ficiſcitur,in qua nos cunctis gentibus præſtare palam eſt,quæ eſt em̃ gens
alia ſeruãtior æqui omniſq; iuſtitiæ? quæ conſtãtior,quæ tantę tamq; ſyn
ceræ fidei? quo autem noſtri amore & ueneratione diuinũ cultũ Chriſtia-
namq; religionẽ proſecuti ſint teſtãtur non ſolum tẽpla Chriſti ſumptuo
ſiſſima,Cœnobia utriuſq; ſexus caſtiſſima,atq; innumerabiles, uerumetiã
illuſtria facta maiorũ noſtrorũ & bella domi foriſq; pro Chriſtiani nomi-
nis cõſeruatione & incremẽto ſuſcepta.Quod ſi quis æquus rerum exiſti-
mator ſecum r̄putet,quoties pro Romana eccleſia,pro fide catholica,pro
cõmuni deniq; omniũ Chriſtianorũ ſalute noſtri imperatores per totã Eu
ropam uagati fuerint,quoties Aſiam ingreſſi eam celebribus ijſdẽq; cre-
bris uictorijs amplecti fidem coegerint,gentilitatẽq; & infideles conculca
uerint & depreſſerint? quæ oppida nationes,regna & imperia Chriſtiani
tati donauerint? quoties Hieroſolymas & terrã ſanctã ex hoſtiũ fauce uin-
dicauerint? quoties ſchiſma de medio eccleſiæ ſuſtulerint? quoties Tyran
nos & ſummis pontificibus rebelles domuerint,& iugũ ſeruitutis impoſu
erint? iudicabit profecto nullã eſſe ex om̃ibus terrarũ regionibus gentem
quæ cum noſtra de omni laude & meritis in rempu.Chriſtianã ulla ex par
te cõtendere poſſit.Ne aũt uerbis tantũmodo contẽdere uideamur,pauca
noſtrorũ merita libet in mediũ afferre,ſi prius excuſauerim quoſdã impe-
ratores,pontificũ fulminãti cẽſura notatos,quod factum eſſe tradũt homi
nes non minus fide quã grauitate ſpectati,non tam imperatorũ culpa quã
pontificũ auaritia atq; ambitiõe,Nam ſi his imperatores,quos ſuo impio
deturbare ſtuduiſſe exiſtimãtur,imperiũ totius Italiæ ꝑmiſiſſent,nunquã
eſſent ſentẽtia excõmunicatiõis fulminati,quod Blondus alioquin multa
pontificibus blãditus,in ſecũdo Fœderico oſtẽdit.cuius coronationẽ( ut
inquit)Innocẽtius tertius ea ratiõe renuit facere,ꝙ is magno uir animo ſi-
cut Othonẽ prius,hunc quoq; pariter quæreret Italia deturbare, Carolus
igitur qui a rerum a ſe geſtarũ magnitudine nomẽ accepit( teſte Vrbano
ſecũdo,rerũ experiẽtia,om̃ibuſq; fide dignis ſcriptoribus )natiõe & impe
rio Germanus ſimul & rex Francorũ,Saxoniã magnã germanię partẽ &

lacam atq; Phryſiam prius gẽtilitatis ritu uiuẽtes ad fidem cõpulit. Idem
multos Pannoniæ populos ſponte ad ſe ueniẽtes baptiſari fecit, idẽ Hiſpa-
niã quę per id tẽporis perditis ſcelerati Mahumeti ſectatoribus ſeruiebat
occiſis & deletis Aphris infidelibus chriſtianitati donauit, Et Carol⁹ Mar
cellus illius auus Saracenos ad trecẽta millia & amplius interemit, Conra
dus.ij. Fœdericus primus. Henricus quintus Sueuorũ duces & impatores
copioſiſſimos exercitus pro terra ſancta recuperãda, ex Alemania confla
uerũt. quibus gentiliũ terras ſæpe ferro igniq; uaſtauerũt, ac in deditionẽ
cõpulerũt. Præ oĩbus aũt impatoribus formidabiliſſimus fuit hoſtibus
chriſtianorũ Fœdericus primus, eiuſq; interitus toti Chriſtianæ eccleſiæ
fuit luctuoſiſſimus, cuius ductu fœliciſſimo (niſi mors immatura interue-
niſſet) impia Turcarũ & Saracenorũ perfidia, toto orbe ut ſperabatur cõ
ſtantiſſime fuiſſet uicatim ne dum regionatim eliminata. Secũdi autẽ Fœ
derici imparoris, animi magnitudine præſtãtiſſimi conatus, ideo fuerũt ir
riti, quoniã (ut ſpectatis ſcriptoribus & qui iſtiuſmodi ętate uixerũt uiſum
eſt) Aſianã expeditionẽ maximo apparatu exercituq; inſtructiſſimo me
ditãtem, factioſa illa Italia, modo hunc modo illũ fouere, ſubitoq; deſtitu
ere aſſueta, uel potius ipſe põtifex impium Italicũ agitãs, rebuſq; impato
ris & iuribus ut dicitur inſidiatus, coegerit non ſolũ a pñſſimo ꝓpoſito ab-
ſiſtere, uerum etiã ſaluti rebuſq; proprijs ſummis uiribus conſulere. Sicut
alijs non nullis cõtigiſſe ſcribitur, quorũ uires & conatus ad maiora ampli
oraq; aſpirãtes, Italia rebellãs detinuit, uariaq; hincinde factionum ſtudia
eneruarũt. Nam ut tantũ dicam de Fœderico illo de quo mihi iam ſermo
eſt, Huius nomẽ adeo celebre fuit terribileq; oĩbus gẽtibus, ut Sultanus
ipſe Aegiptiorũ imperator, dum ille inſtructo exercitu terrã ſanctã a ma-
nu infideliũ aſſerturus mare traijceret, nõdum uiſo tota Iudęa excederet,
illãq; ſola formidine ductus Fœderico libere & ſine ſanguine traderet, eo
tamẽ fœdere appoſito, ne Aegiptiorũ fines ulterius progrediẽdo inuade
ret. Quare accepto fœdere Fœdericus Hieroſolymis totius Iudęæ rex eſt
declaratus & coronatus, adeo glorioſe, ut cũ Cæſare non incõgrue dicere
potuiſſet, ueni, uidi, uici. At dum (proh dolor) hæc Hieroſolymis agerentẽ
pontifex imperatorẽ abſentẽ contẽnens. Siciliã & Apuliam eius imperio
ſubditas ſubiugare, inq; ſuã ditionẽ redigere annixus eſt, & ut iure aliquo
& iuſticia facere uideretur, illius cum Sultano fœdus (quod tamẽ ſaluber
rimũ Chriſtianæ reip. fuit) turpe inq; ſuũ caput machinatũ (q̃; uere de⁹ no
uit) criminatus eſt. Ea de re Fœdericus cum maxima ſua & totius populi
Chriſtiani iactura & ludibrio, Iudęa hoſtibus relicta coactus eſt redire do
mum, ꝓpriaq; tutari. Nec me quiſq; hæc cõmentum eſſe exiſtimet, ſed co
ętaneos Cæſaris uiros grauiſſimos, hæc & maiora ſcripſiſſe nõ dubitet, de
quibus rebus & nos aliquãdo plura ædemus, nunc ad reliquos pergemus
Quid præterea prædicem de Ludouico Caroli filio, qui præter alia Chri

ſtianiſſimi impatoris opera regē Danorū una cum ſuis ad fidem induxit
Idem regē Bulgarorū una cum ſua gēte ad fidē capeſſendā induxit,nōne
& Henricus primus de Saxonū genere pro fidei Chriſtianę incremēto plu
rimas gentes cōculcauit,pcipue Normānos & Danos.Et ut in ſumma di-
cam quod Liburni Illyrij Dalmatæ Moraui Poloni Hulmerigri Chriſti-
anum cultum ſuſceperūt,& omnē idolorū cultū abiecerūt,nō niſi ſtrenua
imperatorū Germanorū uigilia & opera effectū eſt,nec (ſi omīa proſequi
uellem) oratiōe parua ſed denſiſſimis codicibus opus eſſet,quod nō obſcu
re intelliges,ſi cogitabis imperiū Ro.ob ſola in eccleſiā Chriſtianā merita,
ad Germanos eſſe tranſlatū,quod ad ſingulare noſtrorū decus & ornamē
tū accedit.Nā & ſi Aſſyrios.Mędos.Perſas.Græcos & Romanos aliquan
do ſibi uſurpaſſe cōſtet imperiū,ſola tamē libidine regnādi & uiolētia ſūt
adepti,& ut turpiter acquiſierūt,ita turpiter amiſere,inq; uiliſſimā ſeruitu
tē ſunt poſtea redacti.Noſtri uero uirtute ac laboribus pro deo ſuſceptis,
digni uiſi ſunt uel uniuerſo eccleſię Ro.ſenatui,qui imperiū orbis agerent,
quiq; quod uirtute acquiſierunt te rege,te auſpice in æternū ſeruabūt.Tā
to igitur ſupioribus natiōibus ſupiores exiſtimandi ſumus & digniores,
quanto præſtat uirtus & religio uitijs & iniquitati.At illorū gloria referti
ſunt omēs libri,noſtros aūt omēs pene & eorū geſta tenebrę occupauerūt
ſituſq; obduxit,quod ſi quædā ab externis & alienigenis obiter ſunt pſtri
cta,ſcriptorū tamen affectus,amor,odiū,metus,adulatio & id genus alia,
quin multa addiderint,mlta ſubtraxerint,nemo aſſerere dubitauit,nec lō
ge repetamus exēpla,libet referre quod tempora noſtra uiderūt.Scripſit
ante paucos dies quidā hiſtorias regū Franciæ,nec quicq; in mediū protu
lit,niſi quod ornaret illos,nec ullā eorū mentionē fecit,quę tu rex auguſtiſ
ſime uel in tenera ætate cōtra eoſdē fœliciſſime cōfeciſti.Cur item nō reple
at omēs ānales hoc glorioſiſſimū facin⁹,omibuſq; ſeculis memorabile,dū
tuo ductu & auſpicio ſubq; tuis ſignis uix quingēti milites & hij quidē nu
di hoc eſt leuis armaturę,quos nūc Haſtarios uocitāt iuxta Salinas Sequa-
norū tuę ditiōis urbē impetū nō ſolū tulerint quattuor,uel ut alij uolūt ſex
milliū loricatorū regis Frāciæ,quos Cataphractos nūcupamus,uerū etiā
in turpiſſimā fugā cōuerterint,multis eorū occiſis,pluribus uulneratis.At nos
quaſi de induſtria nřis rebus inuidētes,omia ſilētio trāſimus,qd q̄ ali⁹ no
mine Iacobus Bergomēſis monach⁹.parū pbe deſcripſit bellū inter ducē
auſtriū Sigiſmūdū patruelē tuū & inter Venetos,q̄s dū plus ęquo laudare
ſtudet,leſit omino ueritatē & ſupplātauit.Eſt em̄ adhuc recēti in memoria
q̄ptum glorię,q̄tūue ſplēdoris ampliſſimo nomini ſuo peperit Sigiſmūd⁹
ille dux inclytus eo bello,dū parua manu pauciſq; leuis armaturę militi-
bus memorabili ſtrage affecerit Venetos,ingētiſſimas eorū copias partim
ferro delēs,partim in turpiſſimā fugā cōuertēs,adeo ut dū quidā fuga ſa-
lutē quærūt,inter quos fuit & dux militiæ quē capitaneū uideo a noſtris

uulgo dici,in flumẽ Atheſim irruẽtes perierũt.Fuit aũt dux Robertus Se
uerinas,uirtute ut dicit̃ & rei militaris diſciplina inter ſuos ſpectatiſſimus
In cuius marmoreo ſepulchro Tridẽti(ubi corpus fuit cõditũ) legit̃. Ter
proceres Veneti bello petiere Tridentũ. Ter uicti & uictus ecce Robert⁹
adeſt.Taceo quę igne uaſtauerit dux clariſſim⁹,haud inferior illo Macha
beorũ Iuda fortiſſimo,qui parua manu & inferioribus lõge uiribus innu-
merabiles illius Antiochi exercitus toties cõculcauit & deleuit.Et Blond⁹
Flauius,adulãter ne dicã mẽdaciter Fœdericorũ geſta,cæterorũq; impe-
ratorũ qui res magnas in Italia egerũt,uel extenuauit uel trãſcũter effudit,
taceo de alijs multis.Deus igit̃ tandẽ gloriæ & rebus noſtris ſingulari quo
dam beneficio cõſulẽs,dedit te nobis in lucẽ Maximiliane rex auguſtiſſ.
cui⁹ ductu & auſpicio noſtrę res ſpecioſiſſimę poſt longã rubiginẽ & ſqua
lorẽ tãdẽ claritudine & ſplẽdore decorabũtur.Nã & uigẽt ſtudia,ꝓferũt
ſe ingenia & oſtentãt,magnũq; prouentũ poetarũ tua munificẽtia exuſci-
tat.quia literatos amas,q̃a eruditis ſuffragaris.Nec immerito,hij ẽm tibi
cumulatiſſimã gratiã referre queunt de te ſcribẽtes,& tua p̃clara facinora
celebrãtes.Quod ſi beatos exiſtimauit antiq̃tas quibus deorũ munere da
tũ eſt,aut facere ſcribẽda,aut ſcribere legẽda,Beatiſſimos ỽo q̃b⁹ utrũq;,
iure te beatiſſimũ ſimul & laudabiliſſimũ p̃dico,qui pręter tot res fortiter
geſtas,inter tot curas,negocia,tot domeſticas & externas rerũ maximarꝝ
occupatiões audire uis q̊tidie,q̃ppiã hiſtoricũ ac memorabile immo uero
tu ipſe diceris cõſcribere hiſtorias,& illuſtrationẽ Germãię ſummo ſtudio
meditaris nõ inferior Iulio illo Cęſare,quẽ uel ideo ſummis laudib⁹ effert
antiq̃tas, pluriſq; q̃ alios imꝑatores ac principes fecit,q̊ p̄ter publica im-
peratoriaq; negocia animũ etiã ſciẽtiarũ ſtudijs adhibuerit,q̊d & tu egre
gie de te p̄ſtitiſti.At ut aliq̃n finẽ orãdi faciã,ne nimiũ tuas piẽtiſſimas au-
res ledã,rex ſacratiſſ.tua cãtata lõge lateq; hũanitas atq; beniuolẽtia,in om
nes ſtudioſos me inuitauit,ut nõ nihil a tua maieſtate ueniã petiturus hoc
unũ ſcilicet,ut ſim maieſtati tuę cõmẽdatus,q̊d ſi cõſecut⁹ fuero,me Crœſi
diuitias habere exiſtimabo,Et tibi(tã & ſi nullã aliã r̃munerationis uicẽ exi
gas)hoc de me polliceri poteris rex optime,ut ſi q̃d mea carmĩa unq̃ poſ-
ſunt,ſemꝑ nomẽ tuũ laus & gloria maneãt nũq̃ intermoritura. Dixi.

Ex Inſpruck.M. D. I.

AD SACRATISS. ROMANO. REGEM DIVVM MAXIMI
lianũ ευχαριστικον hoc eſt gratiarꝝ actio.H.Be.Iuſtingẽſis poetę laureati.

Donaſti lauro rex auguſtiſſime uatem
Hinc tibi deuinctum meq; perenne facis.
Vnde tuam laudem ſi me dignabitur ullo
Nomine poſteritas,ſecula nulla ſilent
At quoniã tenui nequeunt tua facta referri
Carmine,quæ poſcunt ex Helicone deas,

Et uix Meonides poſſit deſcribere cunctas
  Virtuteſq; tuas martigenamq; manum
Sufficit in præſens meritas tibi dicere grates
  Verſibus incultis, imparibuſq; modis.
Attamen hæc merito tibi nos debere fatemur,
  Vt tibi ſit compar nullus in orbe ducum
Iuſtus Ariſtidem, ſuperas bonitate Metellum
  Pace Numa, in bello Iulius alter ades
De cunctis certare libet uirtutibus uni,
  Romulei cedant Argoliciq; duces
Viue uale gaude βασιλευσ fortiſſime regum
  Et tibi cunctipotens uota ſecundet, Amen.

## IN ASOPHVM PSEVDO PROPHETEN H.B. CARMEN

Deſine falſidica uulgum ſeducere lingua
  O aſophe, occultum non tibi dij referant.
Allatras populum gaudens miranda profari
  Vt ſis conſpicuus famigerumq; decus.
Et niſi mentita eſt ſcriptura theologa cuncta
  Iudicium extremum dicis adeſſe breui
Declamas publice mendax & pſeudo prophetes.
  Vt ſis de cœlo præcipitatus heri
Imperium ſenas intra Germania fortis
  Perdet olympiadas, fronte ſeuerus ais.
Q; ſi non intra hoc tempus deperdet, habebit
  Mille annos ultra uel ruere ipſe nego
Vnde ſuperſtitio hæc, aut ſpiritus iſte profanus
  O Aſophe inflatur, demonicuſq; furor?
Namq; ſuis Chriſtus momenta & tempora ſcire
  Non ait eſt ueſtrum, ſcire nec ullus habet,
Conſiliumq; dei nec perſcrutabile cuiq; eſt
  Vt bene ſcripturæ te docuiſſe ſolent.
Iamq; diu ſancti mundo ceſſere prophetæ
  Quis cum dij ſoleant myſtica uerba loqui.
Nunc niſi merdoſi naſcuntur in orbe prophetæ
  His Pluto inſpirat, præſtigioſa στροφασ
De imperio dicam, meritis uirtuteq; partum eſt
  Conſenſuq; pari catholiciq; gregis
Et quod relligio peperit, quod deniq; uirtus
  Hoc durare quidem poſſe perenne reor.
Aſſyrios, Medos, Perſas, uel regna Philippi

Allegas fruſtra, cum Cecrope Aeneadas
Quos non relligio traxit, ſed uana libido
Regnandi & ſortis luxuriantis opes.
Interitum quod ſi nobis fortuna minari
Poſſit, & ignaui ſeditione duces.
Hoc tamen incertum eſt cunctis mortalibus, unque
Immineat, uel quo poſſit adeſſe die
Vade cacatum igitur falſe & merdoſe propheta
Elleboro & merdis ablue ſæpe caput.
Inſuper immemorem non eſſe decere memento
Mendacem, uerbis uerba quadrare decet.
Stare diu imperium iam narras poſſe apud ipſos
Teutonicoſque uiros teutonicamque domum
Affore qui pridem ſupremi iudicis horam
Dixti, dic poſſunt quæ ædificare fidem.

## IN DETRACTOREM REGIAE MAIESTATIS. H. B.

Deſine mordaci regem taxare camœna
Detraxiſſe caue ſtulte poeta precor.
Rex meus eſt fortis, eſt ſeruantiſſimus æqui
Virtutum ſplendor imperiique decus.
Quid memoras conſulta patrum, quid uerba ſenatus
Qui proprijs ſemper conſuluere bonis.
Qui ſi reſpicerent regis quoque commoda regni
Et ſi quod debet cæſar habere, datur
Tunc aquila inuicta ad Seres penetrabit & Indos
Sic conſulta patrum rite iuuare queunt.
At ſua dum cuncti procurant commoda, cuncti &
Velle ſuum ſoleant legis habere loco
Inque ſinu foueant prædones atque latrones
Legibus excuſſis Cæſaris atque iugo
Dumque aquilam implumem temnunt, dum quiſque laborat
Extrahere huic pennas, & ſpoliare macram
Non tibi ſit mirum (namque efficit omnia non rex
Solus) ſi totum concidat imperium.
Vis priſcum reuocare decus ſi ſancte ſenatus
Pellere uis hoſtem finibus ipſe tuis
Redde prius pennas, ſed quas Iouis ales habebat
Dum ſtetit imperium, conſulere inde potes.

## AD DOCTISSIMVM SIMVL ET DISERTISSIMVM VIrum Petrum Iacobi Arlunenſem, eccleſiæ collegiatæ Backnaugeñ. præpoſitũ Canonicũq; Sturgardianũ Henrici Bebelij. Epiſtola.

c Vm nuper ad noſtrã orationẽ regiã plurima addidiſſem Petre ut te parciſſime laudẽ Germanoꝝ omĩũ diſertiſſime, inter cætera adieci & Germanos eſſe indigenas, ꝙ cũ pellegiſſẽ Aeneam Siluiũ in ſua Europa, & quaſdã alias triuiales & plebeias hiſtoriolas Inueni in illis Frãcos eſſe gentẽ aduentitiã & Saxones. ꝙ noſtrę omino nõ quadrat hiſtoriæ. Quare cõgruũ putaui nõ nihil ad defenſionẽ meã ſuper hoc cõmẽtari, ne a ꝗquã mẽdacij & hiſtoriarũ ignar⁹ incuſari poſſim. Nõ licebat aũt oratiõi adiũgere, creſceret eñ tandẽ in magnũ uolumẽ, nec coherẽt adeo q̃ addim⁹ uel etiã ante addidim⁹, uſq; adeo nihil eſt ꝙ nõ aduẽtitia mixtiõe nõ corrũpi ſoleat. Tibi aũt pręcipue dedicauim⁹, eo animo, ut examines & iudices, recte nec ne ſentiã de iſtis. quos dicã populis, cũ ſis multi iugis ſtudiorũ exercitamẽtis eruditiſſimus, & q iam diu primas omniũ ſuffragio partes in eloquẽtia, hiſtorijs cęteriſq; humanis & terſioribus literis uẽdicaſti, pſpicuũ hinc argumentũ ꝗd ad Hiſpanias, Britãnias, cęteroſq; reges clariſſimos a Cęſare noſtro Maximiliano ſumma cũ laude tua orator mitti ſoles. Oro igiť atq; obſecro, pro tua inſita in ſtudioſos humanitate, tuo corrigas iudicio quę minus bene & ꝑperã nobis obrepere potuerũt, neſcio eñ quo modo, ut Ambroſius ſcribit, ꝑpter imprudẽtię caliginẽ, quę nos circũfundit, unũ quẽq; fallũt ſua ſcripta, & aurẽ prętereũt atq; ut filij etiã deformes (quis eñ fili⁹ nõ formoſus matri? iuxta Quintilianũ) delectãt ſic ſcriptorẽ indecores ſermones ſui palpãt. Quare tu iuſto libramento trutinabis has noſtras lucubratiunculas, & errores cultiſſima tua eruditione exterminato. Vale.

## AD EVNDEM. EIVSDEM ELEGIDIVM

Iuris & æquarum uir conſultiſſime legum
  Petre inter raros connumerande uiros
Eloquij princeps, & quem facundia grandis
  Conciliat ducibus Cæſarioq; utro
Quod ſi nil niſi limatum uel Apolline multo
  Excultum, & ſi ſit poſteritatis opus
Iure tuas poſſit doctas accedere ad aures
  Cui niſi doctorum ſcripta probata placent
Attamen ad ſacras nunc affero Apollinis ædes
  Primitias tenuis quas mihi muſa dedit.
Quas Helicon ſi non ex omni parte poliuit
  Et deſit ſcriptis lima ſeuera meis.
Aſſiſtens rogo, ſi fas eſt maledicta tueri
  Tegere Ariſtarchum, peſſima quæq; ſecans.

Dicito (nam noſti) critico incurſante ſeueris
  Morſibus, o caueas oro quietus abi
Flaccus nonne refert Venuſini gloria ruris
  Vndiqꝫ perfectum uidimus eſſe nihil
Dormitare bonus quandoqꝫ uidetur Homerus
  Marco Arpinati. Zoile ſæpe tibi.
Semper & haud uigilem ſcripſiſſe Platona magiſtrum
  Sentit Ariſtoteles, philoſophoſqꝫ ſenes.
Sic ego uel merear non omni ex parte repulſus
  Teutonica ſaltem a poſteritate legi.
At noſtras aliquid nugas ſi tu eſſe putabis
  Iudice te uel non barbarus auctor ego.
O mihi quam multum tribuam, quam pectore læto
  Efferar, & coccyx laudis amore canit.
Namqꝫ probari dulce mihi eſt, ſed deqꝫ probato
  Si mea iudicio muſa probata tua eſt.

g Ermanos eſſe autochtones, hoc eſt indigenas, præter cæteros affirmat. Cor. Tacitus. qui dicit ipſos Germanos indigenas crediderim, minimeqꝫ aliarũ gentiũ aduẽtibus & hoſpicijs mixtos, quia nec terra olim ſed claſſibus aduehebãtur qui mutare ſedes quærebant, & immẽſus ultra (utqꝫ ſic dixerim) aduerſus Oceanus raris ab orbe noſtro nauibus aditur, quis porro præter periculũ horridi & ignoti maris Aſia, aut Aphrica, aut Italia relicta Germaniã peteret, informẽ terris, aſperam cœlo, triſtẽ cultu, aſpectuqꝫ niſi ſi patria ſit (hodie tamẽ o Corneli Germania eſt nõ ſolũ nõ informis terris, & triſtis aſpectu, uerũ etiã cultiſſima, uinetiſqꝫ & om̃i fructuũ ſegetũqꝫ genere & cõſpicua & fœcũda) unde habitus quoqꝫ corporũ quanqꝫ in tanto hominũ numero idẽ, om̃ibus truces & cerulei oculi, rutilę comę, magna corpora, & c. hæc ille. Soli igitᷣ pene ſumus ex om̃ibus terrarũ nationibꝰ, qui ſine aduenarũ mixtura regnauimꝰ. & a cõditis monumẽtis ſine iugo ſeruitutis externorũ late r̃gnauimꝰ, atqꝫ uicinis circumquaqꝫ imperitauimus, quod uix ullis populis a cõdito æuo per totum terrarũ orbem cõtigit, nam ut paucos annumerẽ. Vmbri olim a Tyrrhenis eiecti, tyrrheni a gallis, Galli a Romanis. Romani a Lõgobardis, & ut Seneca dicit ad Albinam de conſolatione. Totum Italiæ latus q̃d inferiori mari alluitur maior græcia fuit. Tuſcos aſia ſibi uendicat, Tirij africam incolunt, in Hiſpania pœni, Græci ſe in Galliam inmiſerunt, inſe græciam galli, pyreneas germanorum tranſitus omnino inhibuit, uix deniqꝫ inuenies ullam terrã quam etiã nunc indigenę colant, hæc ille. Aſſyrij inſuper ut oſtendam omnium gentium præter germanorum imperia corruiſſe, licet olim imperium habuerint. Mœdi item Perſæ, Macedones

& Græci,resq́ꝫ magnas & egregias geſſerint;paulo poſt tamē in ſeruitutē ſunt redacti.Immo & hodie immaniſſimæ Turcarū libidini & dominati oni ſunt expoſiti Romani quondā domini dominorū,hodie ſerui & ſeruo ſeruorū ſunt ſubiecti. Totaq́ꝫ cum illis Italia. Vandalorū,Gotthorum Lō-gobardorū & cæterorū qui Italiā ingreſſi ſunt quaſi poſteritas.Gallorum non imperium & potētia modo uerumetiā nomē deletū eſt,atq́ꝫ in Fran-cos Germanos tranſlatū.Soli Germani (in quo ſingulariter gloriari poſſu mus) a nullis natiōibus pulſi patria,nullis cedētes,nullius exteri dominiū paſſi,nullum occupatorē ſuſtinētes ſemper regnauimus,quod ſi aliquādo fortunæ ceſſerimus,nemo tamē apud nos diu fœliciter regnauit,& noſtrę inuicem ſimul fœlicitati & uirtuti ceſſerunt omnes aliæ gētes,hoc Romāi prę ſertim Iulius & Auguſtus gentiū domitores,terrarūq́ꝫ domini cū ſua iactura didicerūt,hoc Druſus Germanicus,qui a Germania ut ipſi dicunt deuicta nomē accepit,resq́ꝫ omniū præclariſſimas atq́ꝫ fœliciſſimas apud Germanos confeciſſe famigeratur,morte expertus eſt.Quare eleganti-ſime ſimul & ueriſſime cecinit Claudianus poeta.

Nobilitant ueteres Germanica fœdera Druſos.
Marte ſed ancipiti,ſed multis cladibus empta
Quis meminit uictum ſola formidine Rhenum

Hoc item Huni ſeu Hungari potius immaniſſima toto terrarū orbe gens ad internitionē in Germania deleta cognouit,hoc omēs experti ſunt qui-cunq́ꝫ Germanis bella inferre attentarūt,quæ cum ita ſint,nemo perſuade bit mihi a tēpore Cornelij Taciti aliquā exterā gentē,prioribus incolis de turbatis Germaniæ incubuiſſe.Nunc mihi certamē eſt cum quibuſdā ple beis Francigenarū hiſtorijs,& quibuſdā alijs aſſentatoribus ut uidet̃ qui uel Germanorū laudi inuidētes,uel uetuſtæ originis cupidi ut fert morta-lium ambitio.Francorū ortū a Troianis auſpicātur,q̄bus nulla fides,nulla recepta hiſtoria ſuffragatur,quoniā Francorū nulla omniū hiſtoricorum mentio fit niſi in finibus Germanorū,nullo igitur modo ꝓbatur mihi Ae-neas Siluius in ſua Europa.Primū ꝙ nullā de Sueuis uel pauciſſimam facit mentionē,quos Oroſius maximā & ferociſſimā dicit eſſe gentē.Corneli⁹ Tacitus maiorē Germaniæ partē obtinere,ꝓprijs ad huc natiōibus nomi nibusq́ꝫ diſcretos.Iulius aūt Cæſar gentē eſſe longe maximā & bellicoſiſſi mam Germanorū omniū,& quorundā itē aliorū Germaniæ populorum & quidem præſtantiū non meminit.Secūdo refragor omnino eius opini oni.dum longā cōnectit fabulā de Francis,dicēs eſſe Troianos ab origine, qui deleto Ilio duce Priamo Priami ex ſorore nepote,per pontū Euxinū ad Męotidos paludes in Scythiā ꝓuenerint ibiq́ꝫ ciuitatē ædificauerint.Sy cambriam uocitātes,ex qua dicti Sycābri fuerint,demū tēpore Valētinia ni Cæſaris Germaniā intraſſe,& Francos appellatos,quod attica lingua ſi ue feroces ſiue nobiles ſonat.Et alibi.Saxones Græcā ſobolē eſſe affirmāt

ex Macedonia claſſibus aduectã.quę Turingos multis bellis defatigatos paternis agris eiecerit,quod mihi (inquit) nõ ſit ueriſimile.Eſt em̃ uetuſtiſſimũ in germanica terra Saxonũ nomẽ,cui⁹ om̃es ueteres meminere.Turingos nemo antiquorũ nominat.qui Germanicas gentes enumerãt,in aduentu primo Francorũ,qui tẽpore Valẽtiniani Cæſaris Germaniã intrauere.Turingos nominari reperio,hæc Siluius.Cui ego nõ detractiõis aut gloriæ cupiditate,ſed amore cui nihil non debeo patriæ ductus, cõtradicam,& a quo patria me Germania iure meritiſſimo pro ſua defenſiõe diſſentire poſtulabit,cui non nihil laudis detraheret,ſi hæc quæ relata ſunt uera eſſent.Primũ nemo ſcriptorũ quod ego ſciã,ullã facit mentionẽ Sycambrorũ apud Mæotidos paludes in Scythia,nec itẽ Francorũ,nec Francus eſſe exiſtimo atticã dictionẽ ,quoniã præter cætera attici nõ habẽt f literã. At ne Eoles quidẽ illius literæ inuẽtores utũtur,Vnde Græcũ eſſe uocabulum non facile inducar.Alij Francos dicũt quaſi feroces integre loquendo quod paulo tolerãtius eſſet.Francia etiã noſtra oriẽtalis dicitur,hij autem qui in Gallia cõſederũt,non Frãci ſed Francigenæ potius eſſent nũcupãdi, uti eos appellat Roſuita monialis Saxonica,uel Franci occidentales,quod autẽ genus Troianorũ ſint Franci,ex Scythiaq́ꝫ progreſſi, cõmentũ anile, ſordidãq́ꝫ fabellã exiſtimo,& excogitatũ ab hijs,qui de magnis maxima loquũtur,& in fauorẽ illorũ qui ſuã originẽ uetuſtiſſimã atq́ꝫ etiã quondã nobiliſſimã uoiũt prædicari.quod & ſi quidẽ Manethon Aegiptius antiquiſſimus dicat,uel ut alij exiſtimant a quibuſdã in errorẽ ſuũ deprauatus fingatur dixiſſe,Francũ Celtis imperaſſe ex Hectoris filijs, attamen nihil mihi obeſſe debebit,præter em̃ hoc quod nec Vincẽtius Gallus parũ diſertus hiſtoricus cõcordat Eneæ Siluio nec hic cæteris,nec cęteri inter ſe,Illud eſt nemini obſcurũ,Francũ & ſi rẽgnauerit apud Celtas aliquãdo ,nũquã tamẽ in gentem Celtarũ nomẽ ſuũ trãſfudiſſe, poſteritatiq́ꝫ indidiſſe, quoniam nullus nec græcus nec latinus,aut coſmographus aut hiſtoricus quantũ ego legiſſe potui Francorũ meminit in Gallia,niſi tũ demũ illorũ qui germania ꝓfecti totã Galliã inundarũt circa Valẽtiniani tẽpora,adeo ut inter Francũ illum qui Celtis imperaſſe dicitur,& Francorũ in Galliam tranſitũ,anni plus q̃ mille & quadringẽti ſunt exacti.Dimiſſis igitur fabulis Blondo Flauio aſſentior homini non Germano ſed Italo,qui dicit (ſicut & plærìq́ꝫ alij)Francos,Vandalos, Burgũdiones omnes uetuſtam originem habere ex Germania,deq́ꝫ quibuſdã Pliniũ citat in quarto naturalis hiſtoriæ,ex traditiõe Agrippę dicẽtis,Germanorũ genera eſſe quinq́ꝫ.Vãdalos quorũ pars Burgundiões,ubi nũc perperã Vindelici legitur,& male meo iudicio,quoniã paulo ante idem Plinius uindelicos alpium accolas extra Germaniam collocat,hijſq́ꝫ cõterminos Rhœtos non meminit inter Germanos ſed Alpeſtres,Germania em̃ om̃is teſte Cornelio Tacito a Gallis Rhœtijſq́ꝫ & Pãnonijs Rheno & Danubio fluminibus ſeparatur,unde



139

extra Germaniā Vindelicos habitaſſe perſpicuū eſt, tametſi iā diu & mul
tis ante ſeculis in nomē nationemq; trāſiuerint Germanicā, ſicut & Rheti.
Sunt aūt Vindelici (quos hodie Algoios uulgo nominamus uel potius al
geos ut alibi dixi) ad quos ut Strabo dicit Brigātij pertinēt, quod aūt dicit
Siluius eſſe uetuſtiſſimū in Germania Saxonū nomē, cuius omēs ueteres
meminerint. Turingos aūt tēpore Valētiniani primū nomiātos. nō me ri-
ualē & coaſſertorē habebit, quoniā Saxões nō legi niſi tū demū tēpore Di
ocletiani uel ſub Veſpaſiāo ut meminit Egeſippus Turingi aūt teſte Cor-
nelio Tacito in exercitu fuerūt Vitellij Ro. impatoris, qui germanicas le-
giones habebat in Gallia, a quibus & impator ſalutatus eſt, ante Saxones
nominati. Cū igitur nec aduētus ullus Francorū ſciat, quippe quos cōſtat
eruditorū iudicio eſſe indigenas Germaniæ, nec de Sycābris hiſtoria Ae-
neæ quadret, quoniāquidē nullos unq; legamus fuiſſe in Scythia, & item
illud nomē ſicut omniū ferme Germanorū recēs ſit, nemo mihi pſuadebit
gentē eſſe aduentitiā, ſicut nec alios Germanię populos, quorū pariter no
men recēs eſt. At quod plus de Frācis quā alijs fabulat, fecerunt bella eorū
plurima, quæ gentē maxime recētis famę extollere & nobilitare in primis
ſolēt, quoniā prius ignota & humilis in magnā homines admirationē ad-
ducit. Merū igitur cōmentū exiſtimo, & eo libētius etiā, quoniā nullus eſt
fere populus, excutiēdo etiā ueteres hiſtorias, qui nō uetuſtā uel a longin-
qua aliqua regione (& in primis Frācigenę qui uel ſupbiſſimi exiſtimant)
originē pretēdere gaudeat, pręſentia etenim ſordēt uſq; adeo, ut nulla fere
ſit nobilitas apud Italos hodie, quæ nō ſuos maiores Germania oriundos
prædicet, ecōtrario nobiliſſima quæq; familia Germanorū ſuū ortū a Ro
manis auſpicatur, Sed quod Germania quondā, nūc ut exiſtimat Hiero-
nymus Frācia uocitetur mirandū nō eſt, cū nulla natio ex tota Germania
(quis plurimas enumeret Plinius, Strabo, Ptolomeus, Cornelius Tacitus
& alij) ſuū nomē antiquū retineat, pręter unos Sueuos, & Friſios quos po-
ſteriores Plinius & Tacitus celebrarunt, & nemo qđ ego ſciā uetuſtior, un-
de uenerūt queſo? quos hodie uulgo Hegoios Algoios uel algeos, Vuirtē
bergēſes, Badēſes dicimus? unde Briſgaudij Briſacogeani meliꝰ, Sungau
dij? unde Miſnēſes, Sleſitę. Heſſi. uel Haſſones ut nunc dicimꝰ, unde Vue-
dreſſi. Vueſtuali, Pomeriani, Luſatij, & alij nō pauci? quorū nemo ex ſcri-
ptoribus meminit, unde pſpicis maximā eſſe in Germania nominū muta
tionē, quod fere ſolet fieri, dū gēs aliqua, & ſi primo tenuiſſima & humili-
ma, poſtea tamē rapinis prædatiōibus, uel iuſtis etiā bellis cantata accipit
uel a caſtro, oppidoue aliq̄ humili ubi primū ſe cōtinuit, uel a duce eius no
mē, ſicut Vuirtēbergēſis hodie florētiſſimus apud Sueuos ducatus, a mon
tana & unica arce nomē accepit, uel potiꝰ arx & tandē regio ipā, a regulis
nobiliſſimis tamē cognominata eſt. Sicut Marchionatus Badēſis ab opp
do Baden. & Miſnenſis a Miſna, apud maiores non adeo uetuſtos in nullo

# SVNT INDIGENAE

neq̃ nomine neq̃ memoria, Sicut etiam Alpeſtres illi quos uulgo ſuiceros
uocamus, ſedes ut uolũt Heluetiorũ habitãtes a Suitz agreſti uiculo uiden
tur non obſcure appellati, nã quod ad Suedos populos ſuã originẽ referũt
nihil mihi fabuloſius exiſtimatur. Ante ducẽtos etenim annos in nulla ex
iſtimatiõe habiti ſunt, uerũ paucos ante annos a cede ſuorũ dominorũ fa-
mam uel potius infamiã auſpicati, in magnã gentẽ & potentiã coaluerunt,
poſt hoc alijs laceſſiti bellis egregie reſtiterũt. Nec mirũ uideri debet, maxi
mis eñ fluminibus altiſſimiſq̃ & natura munitiſſimis montibus ſepti, ex-
pugnari difficilime poſſunt & ſicut aſperã, inclemẽtem, & triſtiſſimã ma
iori ex parte habẽt regionẽ, ita gẽs eſt effera, agreſtis, ꝑtinax, Saxones aũt
fuiſſe Macedonas quis credat? quis eñ Græcia relicta Germaniã peteret?
at nõ ꝑſiſto ulterius in multa refutatiõe, quoniã & ipſe Eneas cõtra dixiſſe
uidetur, & credibile nõ eſt tantã tãq̃ ampliſſimã Saxonũ nationẽ. & tam
multa ditiõe prędită linguã tam cito moreſq̃ Germãos induiſſe. Hinc etiã
quod Franci, Turingi, Saxones & poſtremũ Boioarij quos nũc Bauaros
uocamus, & alij ſint indigenæ, illud eſt non omino leue argumẽtum, quod
nullũ penitus monumentũ, nulli annales, nec ullius alterius linguæ q̃ Ger
manicę ſignũ uel ueſtigiũ appareat ꝑ Germaniã, nec Bauari mihi ab Aua
ribus deſcẽdiſſe uidẽtur, ſed potius a Bois nomine. unde & Boiemi quam-
uis mutatis cultoribus ut Tacitus dicit; Boij eñ in deſerta Noricorũ cõceſ
ſiſſe prędicatur. Et Roſuitã monialis quæ tẽpore Otthonis ſecundi claruit.
Bauaros appellitauit Baioarios, & Hũgaros hodie Auares, ſicut & Otho
Sueuus hiſtoricus clariſſimus, nec hoc abſonũ. facilime eñ baioariorũ in
bauarorũ nomẽ cauſa breuitatis uel corruptiõe potius eſt mutatum, Sunt
igitur Saxões ut a diuerticulis redeã origine Sueui (quos cõſtat citra & ul
tra Albim fluuiũ ſedes habuiſſe) qui & ipſi Saxones paulatim ut fit in pro
priũ nomẽ & potentiã coaluerũt, ſicut & nũc Vuirtẽbergẽſes, nec hoc in-
congruũ aut a ueritate alienũ uideri debet, quoniã credibile nõ eſt tãtam
innumeroſiſſimãq̃ Sueuorũ nationẽ, uno aliquo nomine fuiſſe cõtentam,
quæ hodie multo arctioribus clauſa limitibꝰ, multa priuata habeat nomi
na apud priſcos ignota, id quod obſcurũ eſt nemini, Volo aũt eſſe Sueuos
ex hoc maxime fundamẽto cũ Saxões ſint indigenę habitatores antiquo-
rum Sueuorũ, quis dubitat ſicut ex Germanis teſte Hieronymo Frãci co
gnominati ſunt, ita ex Sueuis Saxones factos a duce uel familia præſertim
propter differẽtiã hodiernæ Sueuiæ, unde ego plura dicere ſupſedeo, con
tentus uera & uerisſimilia non figmenta dixiſſe, vale candide lector,
Ex Tubinga.

# APOLOGIA HENRICI BEBELII CONTRA LEONHARTUM IUſTINIANUM VENETŪ IMPERATORIS NOMEN EXTENUĀTEM, CORONATIONĒ REGUM NOſTRORŪ INCEſſENTEM, ATQ̧ GERMANOS BARBARIĘ OB ID INſIMULANTEM.

CLARISSIMO VIRO ET IVRISCONSVLTO PRVDENTISſimo Gregorio Lamparter Cancellario illuſtriſſimi principis noſtri, Henricus Bebelius Salutem Dicit

SI omniū uel gentilium ſuffragio, eos ſummis celebrat laudibus antiquitas, certiſſimūq̧ illis in cœlo locū definitū uult, qui pij in patriam cōſilio uel armis remp. ſunt tutati, ſi item non tā teſtimonio ſcriptorū ꝗ̄ ratiōe fortiter pugnādū pro patria uideatꝰ, ſi poſtremo mors omniū ſpecioſiſſima prædicatꝰ immo glorioſa & beata ut Cicero dicit eorū qui pro patria mortē obierūt, & Codrus rex athenienſiū duoq̧ Decij, innumerabileſq̧ alij maximis ideo efferūtur laudibꝰ, ꝗ ſe patriæ ſaluti deuouerint, Si contrario hi qui in patriā deliquerint, atq̧ cōſpirauerint, impij parricidæq̧ ſumma cū ignominia appellitātur, ineoſq̧ duriſſimis legū cēſuris. fœdiſſimoq̧ cruciatus genere eſt animaduerſum, quis iure hoc meū factum improbare poteſtꝰ ꝗ patriā meam Germaniā iniurijs prouocatā defenſare conabor. Cum igitur Leōhartus Iuſtinianus venetus (cuius nec mores nec uitā nec eruditionē carpere mens eſt) in germaniā, imꝑatorūq̧ germanorū amplitudinē & coronationē intemperāter inuehatur, quis nō mihi germano cōceſſeritꝰ quis cōuenire non uideritꝰ quis poſtremo hoc a me patriā meam iure repetere poſſe negetꝰ ut ego pro uirili portione eius honorē atq̧ maieſtatē tuear, nemo ita deſipit, ut non credat, quare cū ſim in eam uocatus conditionē, ut dij immortales potius occaſſionē ꝗ̄ mentem armis defendendi patriā negauerint, ut pius, ut gratus in illā nō obſcure iu

dicer, quicquid & q̃tuluſcunq; eſt in me ingenij & eruditiõis (quod ſentio
perq; exiguum eſſe) ad eam nõ ab iniuria modo uindicandam, ſed ornan
dam etiã ſi poſſum cunctis uiribus conabor. q; ſi hic uel alibi contra Vene
tos uel Francigenas germaniã inceſſentes paulo cõmotius ſcripſero, Deꝰ
immortalis ſit mihi teſtis, me id nõ ſtudio mordacitatis aut ꝓpriæ laudis,
Verum ſolius patrię amore (cui me oĩa debere ſuperius declaraui) feciſ
ſe, & eſſe aggreſſum, hoc em̃ poſſunt cõſiderare om̃es hi qui nouerint me
ſcripſiſſe contra Venetos, & parriſianos quibus me in om̃i liberali diſcipli
na, omniq; genere eruditiõis, non ſolũ nõ æquandũ exiſtimo, ſed etiã non
niſi lõgiſſimo interuallo eorũ ueſtigia cõſecuturũ ſpero, nõ em̃ tantũ mihi
arrogo ut in claſſes illorũ uiroꝝ referre cupiã. Vnde ſtultiſſime facerem, ſi
me laudis & gloriæ, aut mordacitatis etiã libidine illis opponerem, quibꝰ
me in prædam mala fretus, cauſa obijcerẽ, nam dum ad gloriã niterer om̃i
bus eſſem futurus ludibrio, ſed iuſtiſſimæ cauſæ meritis & ueritate innixꝰ
& fretus, nullã inuidiã nõ ſubeundã, nullas inimicitias declinandas dũ pa-
triæ cõſuluero exiſtimo, nec ſine exẽplo, nam ut Cicero elegãter dicit, quis
eſt tam tenui cogitatiõe prȩditus, cuius animus tantis inuidiæ anguſtijs cõ
tinetur, qui nõ hunc hominẽ ſtudioſiſſime laudet & ſapiẽtiſſimũ iudicet, q
pro ſalute patrię, pro incolumitate ciuitatis pro reip. fortunis q̃uis magnũ
atq; atrox periculũ ſtudioſiſſime ſuſcipiat & libẽter ſubeat. Vtinã ſi quis re
ſcribere uelit, me uiuo faciat, ubi defendẽdi tam mei q̃ cauſæ facultas tri-
bueretur. Sed ſpero conſtãter hoc meo exemplo plures in Germania ęmu
lationis ſtudio iri excitatũ, qui hoc meũ honeſtiſſimũ propoſitũ & germa
niæ defenſionẽ & patrocinũ ſint ſuſcepturi, ut non tam facile paſſim quili
bet abſq; reꝝ meritis in nos germanos illotis buccis debacchetur. Tibi aũt
cãcellarie nõ tam iuris utriuſq; q̃ om̃is eruditiõis cõſultiſſime hãc noſtrã
apologiã ſingulariter cõſecrandã putaui atq; dedicaui, ut non ſolũ erudit
one tua incredibili quaq; præ cæteris es famigeratus hoc pijſſimũ ꝓpoſitũ
defendẽdi patriæ honoris adiuuares, Verũ etiã cũ pro tuis in me meritis
ampliſſimis, humanitateq; ſingulari, oĩa me tibi debere intelligã, uolui
te his meis chartaceis muneribus honorare, ut intelligas me pro uirili mea
paratum tibi gratificari, in quibuſcũq; rebus mihi poſſibilibus te delectari
exiſtimem, cũq; non mediocriter ames humaniores iſtas literas nec ſis ali-
enus a gratijs atq; a muſis ut eſt in ꝓuerbio ueterũ, tibi dedicaui hanc apo
logiam, quã (dũ nihil agere & feriari uolueris a maximis & ducalibꝰ nego
cijs quibus dij boni ſumma cum integritate ingenij acrimonia. ſingulari
memoria atq; prudentia præes) legito & me commendatum habe Vale.
Tubingæ Kalendis Iulijs. M. D. VIII.



141

# APOLOGIA HENRICI BEBELII PRO DEFENSIONE IMPE RATORVM CONTRA LEONHARDVM IVSTINIANVM

IMperator nūc eſt qui ſummā habet & abſolutā poteſtatem &
cui monarchia aſcribitur, nec ſum neſcius imperatorē appella
ri ſolitū a ſenatu olim romano ut Cicero in philippicis teſtatur,
qui mille aut duo millia externorū hoſtium occidiſſet, ſcio præterea ducto
res exercituū & pręfectos copiarū militariū imꝑatores fuiſſe ab hiſtoricis
appellatos, Ita tamē ut ſemper imperator inter ſuos maxim⁹ eſſet, ſed nūc
ſicut regna & imperia ſicut oīa in mūdo patiuntur uiciſſitudinē, Ita no-
mina etiā magiſtratuū mutātur. Et imperatorē uocamus cui ſumma rerū
cōmiſſa eſt. At Leonhardus Iuſtinianus Venetus hanc imperatoris ſum-
mā poteſtatis appellationē improbans excandeſcēter & acerbiſſime inue-
hitur in germanos imperatores in epiſtola ad Cyriacū ſuum dicēs, admi-
ratū te dicis in hoc nouo Sigiſmundi principis aduentu, ꝙ qui ante corona
tionē ſe regem ſcriberet romanorum poſt coronationē uero quaſi maius
quiddam & dignius exprimere uolēs imperatorē ſe nūcupabat, non regē
quod tu perperā factum arbitraris. Itaqꝫ te id reprehēdiſſe ais, & quæris a
me num idem ſentiam quod tu, an cōtra putē. Ego uero & in his & in aliis
permultis plurima quotidie mihi uideor errata cognoſcere, ſed utor De-
mocriti regula, rideo eīm illa nō fleo, quid eīm mea refert quēadmodū bar-
bari loquant̄, quos neqꝫ corrigere poſſum ſi uelim, neqꝫ magnopere uelim
ſi poſſim, de rege tamē & imperatore idem ſentio quod tu, & iam pridem
ridens barbariē iſtam hoc ipſum notaui atqꝫ redargui. Tres eīm gradus
maiorū dignitatū apud Romāos de quorū principe loquimur fuere, Rex
Dictator, Imperator. Ex his ſuprema omniū poteſtas rex eſt, Poſt regē ue
ro ſecundū tenuit dignitatis locū dictatura, poſt dictaturā imperiū. Impe
rium tertio gradu cōſequitur poſt multas rationes quas adducit, tandē cō-
cludit. quare hāc barbariē quęſo cum ſua ignorātia ualere ſinamus, & nos
antiquis doctiſſimorū uirorū ſcriptis quod unicū eſt refugiū oblectemur,
non curioſi quid agant iſti aut quemadmodū loquātur. hæc ille. Eodem in
errore uerſat̄ Robertus Valturius de re militari, & Antoninus florentin⁹
hiſtoricus parum diſertus. Vitæ tamen probatioris, cuius uicem ego non
parum doleo, ꝙ non tantū cū ſuperioribus erret, Verum etiā (neſcio incu-
ria ne an odio) ſtomachoſus ęgreferat, Italos eſſe tam ignauos, ut ſuū ſibi-
imperium non uindicent quaſi in libertatem deturbatis germanis, dū ſci
re debebat optimus pater germanos non eſſe inuaſores imperij tyrannice
ſed legitime, maturaqꝫ deliberatiōe atqꝫ ſano conſilio Romanæ eccleſiæ
electos eſſe, Romanūqꝫ imperium obtinuiſſe, ſed ut huic ſolum acerbiſſime
inuectiuę paucis reſpondeam, ſi omnia ad antiquitatē uis redigere Leon-
harde, immerito ut alia prætereā, uocas reges modernos aut ſereniſſimos,
quoniam nec ſeptem reges nec apud Iulium aut Ciceronem inueniſti, aut

modernus aut ſereniſſimus rex, ſed mitto iſta. ¶ Secundo ſi error eſt di-
cendus imperatorē eſſe ſummæ & regalis poteſtatis non incuſabis germa
nos ſed Romanos & Græcos, poſt Iuliū etenim non inuenies quēq; Roma.
principē ſe regem aut dictatorē nūcupaſſe, ſed cæſarem, Auguſtum & im
peratorē, cur Caligula & Nero intolerāda ſupbia atq; luxuria notai ſi tā
humile nomē eſt non ſe reges potius: aut quod optime fuiſſet cōceſſum di
ctatores nominauere: qui ſibi diuinitatē arrogare non erubuerunt, nam
cū Caligula diadema regium teſte Suetonio ſumere, ſeq; regē eſſe pro-
poſuiſſet, nonne admonitus ſe regium faſtigium exceſſiſſe, diuinam maie
ſtatem ex eo aſſerere ſibi cæpit. Sed tu omnia ad priſcam denominationē
reuocare uis, nec cęſares dici admittis Romanorum imperatores, quod ante
Iulium nemo pro ſumma poteſtate poſuit, Sed ab ipſo Iulio omēs Roma
ni principes ſic ſe appellari uoluerūt, cum nihil faciat ad regiam poteſtatē
cęſar, Et ab uno Auguſto omēs Auguſti cum pariter auguſtū ideſt conſe-
cratum non multū cōueniat cum regno. Quare ſi admiſeris ſicut cogeris
ſcriptorū fere omniū ſuffragio cæſarem & auguſtū appellari eum cui ſum
ma & abſoluta ſit poteſtas, cur non imperatorem: qui elegantiſſime, ſigni
ficanter & merito iure ab imperio romano, ut a doctiſſimis dicitur impe
rator nominari debet, præſertim cum huius ſignificatio conformis ſit, & il
lorum uiolēter per ſolū populi cōſenſum ad hoc trahatur, ſi dixeris quia
Romulus & alij ſucceſſores ſex nunq; reperiunt ita nominati, cur ergo uo
cas Neronē Domitianū Veſpaſianum, & alios uel cæſarem uel auguſtū.
At ſi Cicero eloquentiæ fons, ſi alii eloquētiſſimi hiſtorici atq; iuriſconſul-
ti dicunt romanū imperium, non uel raro regnum romanum quaſi excel
lentius ſit imperium, cur non imperator ab imperio deſcēdens ſupremus
in imperio ſit, Sed q imperator ſuprema ſit poteſtas teſtis eſt Plinius in limi
nari epiſtola naturalis hiſtoriæ ubi Titum Veſpaſianū alloquens ſuauiſſi-
me imperator dicit, & ne offenderet patrem Veſpaſianū excuſat ſe, q no-
minauerit imperatorē, quoniam ita ſalutatus ſit in caſtris a militibus, nam
dum Titus dux & ut ita dicam capitaneus fuerit in exercitu Syriæ fruſtra
fuit ſalutandus Imperator, ſi non maius nomen & ſupremam poteſtatem
deſignare uoluiſſet. Idem li. ſecundo inquit, nam ut in duodecim diebus
utrunq; ſidus quęreretur, & noſtro æuo accidit imperatoribus Veſpaſia-
nis patre tertio filio iter conſulibus. Plinius iunior ad Traianū. Imperator
in titulis & imaginibus & ſignis, cæterū modeſtia labore uigilantia dux
& legatus & miles: Idem ut reuerſus imperator qui priuatus exierat, & ſę
pe ad eundem Frontinus libro primo ſtrategematon, Imperator cęſar Do
mitianus auguſtus germanicus eo bello quo uictis hoſtibus cognomē Germa
nici meruit. Cornelius ta. in xii. lr̄as mittit in hūc modū po. romani impera-
(toribus magnarūq; nationū

regibus & ſæpe alias,ſicuti & Suetonius qui oẽs ſuos cæſares eo nomine
honorat,quicq; cæſarẽ ſcribit ex decreto ꝓnomine impatoris uocitatũ eſſe
dicẽs ꝑpetuā dictaturā prꝫfecturāq; morũ.Inſuper prænomẽ impatoris,
cognomẽ patris patriꝫ ſtatuā inter reges ſuggeſtũ in orcheſtra ſed & am-
pliora etiā humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt. Ita etiā græci Plutarchꝰ
Herodianus Ioſephus græce loquẽs,Iulius Firmicus ſolus impator ſtella
rum nõ ſubiacet curſibus,& ſolus eſt in cuius fato ſtellꝫ decernẽdi non ha
bent poteſtatẽ ,cũ em̃ fuerit totius orbis impator & dominus fatũ eius dei
ſummo iudicio gubernat Et Lactantius in ꝓlogo inſtitutionũ quod opus
nũc nomĩs tui auſpicio inchoamꝰ cõſtantine imperator maxime Et Iuſti-
nus in prologo epitomatis ſui,quod ad te Antonine imperator nõ tam co
gnoſcendi ꝗ emendandi cauſa tranſmiſi,nonne & Firmus imperator te-
ſte Vopiſco in edictis ſuis mandauit ſe uocari αυτοκρατορα, ideſt impe-
ratorem,& eum qui per ſe ipſum poteſt .Ita Ciprianus,ita Ambroſius
Tertulianus,Oroſius,Auguſtinus,eloquentiſſimus Hieronymus Ruffi-
nus,Euſebius græcus & alii eccleſiaſtici ſcriptores nominicant romanum
principem,habẽtem & exercentẽ ſummā poteſtatẽ,non regẽ non dictato
rem aut cõſulem.Ita etiā Iuſtinianus ubiq;,Itẽq; iuriſcõſulti multo elegan
tiores Iuſtiniano.Aurelius iuriſcõſultus ff.de offi.pre.prꝫ.le.prima Ad ui-
cem magiſtri equitũ ꝑfectos prꝫtorio antiquitus inſtitutos eſſe a quibuſdā
ſcriptoribus traditũ eſt,nam cũ apud ueteres dictatoribus ad tẽpus ſum-
ma poteſtas crederetur & magiſtros equitũ ſibi eligerẽt,qui aſſociati prin
cipali curꝫ miliciꝫ gratia ſecũdā poſt eos poteſtatẽ gererẽt, regimẽtis reip.
ad impatores ꝑpetuo tranſlatis ad ſimilitudinẽ magiſtrorũ equitũ ꝑfecti
prꝫtorio a principibꝰ electi ſunt,data eſt eis plenior licẽtia ad diſciplinꝫ pu
blicꝫ emẽdationẽ,hic aptiſſime diſcis ſummā eſſe poteſtatẽ deuolutam ad
impatores,extinctis dictatura & aliis magiſtratibus.Ita accipiũt Domitiꝰ
Vlpianus,Sceuola,Florẽtinus,Caius,Põponius,Modeſtinus,Paulꝰ & alii
impatorẽ,qui legibus moderãdis & omĩbus rebus præſit,ſitq; dominus
mũdi.Ita etiā accipit Victruuius eruditꝰ & eloquẽs ſcriptor ad Auguſtũ
Cꝫſarẽ ſcribẽs.Cũ diuina mẽs tua & numẽ impator cæſar impio potiret
orbis terrarꝫ inuictaq; uirtute cũctis hoſtibꝰ ſtratis triũpho uictoriaq; tua
ciues gloriarẽt &c.Ita Ruffꝰ Feſtus,ita Vegetiꝰ de re militari,ita Pliniꝰ ad
Traianũ,ita Nazarius,Mamertinꝰ,Latinus pacatus,ita Ammianus Mar
cellinus, Ita Helius ſpartianus,Iulius Capitolinus ,Lãpridius,Vulcatius
Gallicanꝰ,Trebellius Pollio,Flauius uopiſcus,Eutropius,Paulus diaconꝰ
Aurelius uictor qui oẽs ad unũ ad impatores & impatoribus rerũ poti-
toribus ſcribẽtes impatores ſcribũt cꝫſares atq; auguſtos nunꝗ reges con
ſules uel dictatores.Et ut paucis dicā,nonne ex ui nominis multo plus eſt
lautius,atq; magnificẽtiꝰ impare,unde Impator ꝗ dictare,unde Dictator
quā regere (ũde rex eſt teſtꝫ Auguſtino li.v.de ciuitate) ꝗ cõſulere,vnde

cōſul,& Conſul olim ſuprema fuit apud Ro. poteſtas,hi tamē conſules eo
etiā tēpore rebus ſcilicet florētibus & conſulatu, Impatores dicti ſunt,niſi
Saluſtius egregius auctor hiſtoriarūqꝫ pater mentiatur qui dicit, poſt ubi
regium imperiū quod initio cōſeruādę libertatis atqꝫ cauſa augēde reipu.
fuerat,in ſuperbiā dominationēqꝫ ſe cōuertit mutato more,ānua imperia
binoſqꝫ impatores ſibi fecere,niſi Auguſtinus etiā chriſtianorū doctiſſim⁹
mētiatur,qui hoc idem Saluſtii repetēdo cōfirmat,Conſulatus igit̄ qui tē
pore regum nullius erat nominis & precij ſi tēpore creuit in ſummū,& po
ſtea ſub impatoribus ſolū inane nomē remanſit,quoniā impatores & da-
bant & adimebāt illum,quis non latine fieri credat? ut impator ex ui pro-
pria ſummus dicatur,pręſertim cum cōſul captiuo quodā ſenſu pro eo di-
catur qui principē ſe gerit,nōne dictator (cuius nomē ſub regibus nūqꝫ au
ditum erat atqꝫ poſt cæſarē omnino obſoleuit) olim magiſter populi dice-
batur,ut dicit Pomponi⁹ ff. de origine iuris. Bene igitur dicit Liuius,Con
ſules nūqꝫ fuerāt,regibus exactis creati ſunt,Dictatoris nec impiū nec no-
men fuerat,apud patres eſſe cepit. Tribuni plębis Ediles Quæſtores nulli
erāt,inſtitutū eſt ut fierēt,decēuiros legibus ſcribēdis intra decē hos annos
& creauimus & e rep. ſuſtulimus. hæc ille. nonne etiā qui olim ſub regibus
tribuni celerū ſub dictatoribus magiſtri equitū,tandē ſub cæſaribus præ
fecti prętorio dicti ſunt ut dicit Feneſtella,& Aurelius iuriſcōſultus ut ſu-
pra dixi,auctoritas quoqꝫ præfecti p̄torio maxime creuit,nam de illo Fe-
neſtella ita loquitur. Poſt adeo paruis orta principiis creuit auctoritas,ut
cū aliquo tēpore a pręfectis p̄torio ꝓuocare liceret. Extāt quoqꝫ exempla
maiorū quo pacto ab his prouocaſſent lecta poſtmodū a principiis ſentē-
tia a pręfecto p̄torio ꝓuocatio ſublata eſt,creuit & nūc ſub chriſtianis ſum
mi pōtificis auctoritas,creuit & epiſcopi auctoritas & ſignificatio q. quid
ſignificet & q̄ſtum ſit infra ſacerdotis dignitatē ex impoſitiōe nominis no
uimus,cur igitur nō latinis (nō nobis Germanis quib⁹ ego quoqꝫ nullam
aut cōcedo aut cōcedendā eſſe puto latinitatis locupletādę uel mutādę au
ctoritatē) liceret uel mutare uel augere impatoris maieſtatē? cui pręter po
puli cōſenſum etiā ſignificatio ad hoc quadret,cū non in nominibus ſolū
magiſtratuū,uerū etiā in aliis fere omnibus multas paſſa ſit a primordio
lingua latina mutatiōes,hoc Polibius græcus nō obſcure ꝓbat in ſecundo
hiſtoriarū dicēs primū fœdus inter utrūqꝫ populū initū eſt,ſtatim poſt eie
ctum urbe regiū nomē. quod fœdus q̄ſto diligētius fieri potuit interp̄tati
ſumus. Tanta em̄ facta eſt mutatio romanæ linguę ab ea tēpeſtate in hodi
ernum diē,ut etiā qui antiquitatis peritiſſimi ſunt,plæraqꝫ non niſi difficu l
ter intelligāt,& ſcilicet Cicero teſtatur hāc inde locutionē ſua ætate maxi-
ma ex parte euerſam fuiſſe,nōne & idem Cicero Catonis uerba nō aliter
excuſat,niſi q̄ tūc ita loquerētur. Nā & M. Varro undecūqꝫ doctiſſimus
ut ait Terētianus dicit,cōſuetudo loquēdi eſt in motu,& poſtremo addit

Verba perperā dicta apud antiquōs aliquos propter poetas ſua ætate di
ci recte, & quę prius ratione dicta erant poſtea perperam dici. Et idem quo
cuſquiſq iam ſeruus habetur priſcis nominibus quę mulier ſuū inſtrumē-
tum ueſtis atq auri ueteribus uocabulis appellat. Et Plautꝰ in epidico, qd
iſtæ ſcilicet mulieres quæ ueſti quotannis nomina inueniunt noua. Et ſex-
tus Cecilius teſte Gellio dicit nam longa ætas uerba atq mores oblittera
uit. Et Seneca epiſtola cxiiij. adijce nunc quod omnino certam regulā nō
ha bet conſuetudo illam ciuitatis quę nunq diu in eodem ſterit uerſat, Idē
prętere a notat eum quem nos dictatorem dicimus. & in hiſtorijs ita nomi
nari legimus apud antiquos magiſtrum populi uocatum, deinde tranſit
ad ea quæ conſuetudo ſeculi mutauit &c. Et Sceuola iuriſconſultus ff. de
ſup. le. l. labeo nec mirum eſt moribus ciuitatis & uſu rerum appellationē
eius mutatam eſſe &c. Diomedes poſtremo grāmaticus ita ait, præclare
dixit Terentius nihil dictum q non ſit dictum prius, ſed iniecit poſtera
ætas manum & ueluti diſciplinam priſtini ſeculi, ita & ſermonem faſtidi-
re cepit & noua uelut parturire uerba quæ iuuenū ritu ipſa modo florent
& uigent, nonne ut iſtam mutationē uarijs modis probem, appellatio do
mini atq dominationis apud ueteres tyrannum atq tyrannidē deſigna-
bat, quare Auguſtus dominū dici ſe uetuit, nō ob eā cauſam q Tertulianꝰ
aſſignauit in apologetico, & poſteriores acceperūt, nam Domitianus ut di
cit Euſebius, Suetonius, Oroſius, Aurelius uictor ſe deum & dominū edi
cto appellari iuſſit, ad exemplū etiam Caligulę unde Martialis aſſentatur
Edictū domini deiq noſtri, & idem in octauo ad Domitianū omnes qui
dem libelli mei domine, quibus tu famam ideſt uitam dediſti tibi ſuppli-
cant &c. nonne & Labeo iuriſconſultus ff. ad l. rho. de iactu l. deprecatio
dicit domine imperator Antonine naufragiū facientes in Italia deiecti ſu-
mus a publicanis Cyclades inſulas inhabitantibus, Antoninus dixit Ende
moni, Ego quidem dominus mundi. Itē Caligula & Domitianus ſe deos
appellari iuſſerunt, & Diocletianus ſe ut deum adorari iuſſit, ut ſcribit Eu-
ſebius, præter aliorū morem ſi illi regem magnificentius q imperatorem
exiſtimaſſent, etiam ſe reges appellari mandaſſent, Imperatoriſq nomen
ſpreuiſſent nec populum timuerunt, quoniā domini nomen Romanis fuit
inuiſum præ cæteris. Poſtremo ſi nolueris admittere noua magiſtratuum
uocacula etiam latina & græca, non dices papa, at ita locutus eſt Hierony
mus & alij eccleſiaſtici, non dices epiſcopus, non cardinalis, nō patriarcha,
non acolytus, non ſubdiaconus, diaconus & cętera, ppe infinita, tolles itaq
omnino fidei chriſtianę magiſtratus & dignitates atq omnino ad gentili-
tatem nos reuocabis. Chriſtianus em̄ populus ſicuti quælibet alia gens ſu
os proprios habet ritus ſolēnitates cerimonias propria magiſtratuū nom
na & officia noua. Vnde ſi Germanos uocaueris barbaros, p eo q impera
tor apud eos non ſit ſupremę poteſtatis in temporalibus, ut dicitur, facies

totam Italiam barbaram,& ipſam deniq; fidem chriſtianā,aut cur nō Ve
netos tuos rides;& barba rie incuſabis;qui ſuum magiſtratū ſupremum
& principem uocant(ſicuti & tu ipſe)ducem,cuius quæ fuerit apud maio
res nec ita uetuſtos dignitas tu mihi referas,ego em̄ nondum legi At im
perator a Romanis & ſatis uetuſtis latine & uere dicitur qui imperat &
ſummam poteſtatem tenet.Vndeparum probe niteris redarguere niſi ue
terum more quorū ad conſuetudinem ſi om̄ia confirmare uolueris tolles
chriſtianitatis nomina.Debebas igitur Liuium legiſſe qui dicit libro quar
to primę decadis.Quis em̄ dubitat,quin incternum urbe condita & in im
menſum creſcente noua imperia,ſacerdotia,iura gentiū hominūq; inſtitu
antur.Si em̄ hæc uera ut ſunt eſſe debent,quis dubitat etiā nouis imperijs
& magiſtratibus etiam noua nomina imponi,Sed procedēdo ad alias ra
tiones quibus regem imperatori pręferre conaris,reſpōdebo cum dicis re
gem omnes ſic accipiunt quaſi ſuprema quędā & abſoluta ſit poteſtas ſu
pra quem in regno ſuo nemo ſit,ſed ipſe præſit omnibus.Ex quo fit ut rex
niſi unus dumtaxat eſſe non poſſit,plures em̄ reges ſimul eidē regno præ
ſidentes ſeſe mutuo impedirēt,naturāq; perimerent regis,quę nō om̄ibus
pręeſſet,ſed haberet paritatē.Patet hoc in antiquis moderniſq; regibus,
neq; em̄ Numa neq; Hoſtilius neq; alij deinceps Romani reges cōſortem
aut ſociū regni habuere,de Romulo & Tatio ferunt ſed alter Sabinorū,al
ter Romanorū rex erat,In moderniſq; regibus hoc idē apparet,neq; em
Francorum neq; Anglorū plures ſimul reges regnum gubernant,ſed unꝰ
& ſolus,cui fratres,cui patrui cui propinqui omnes genua ſummittūt.Ce
ſit iam quoq; apud hos filio pater,ac regiā poteſtatem ſe uiuo transferreſ
in filium uoluit,ipſe dimiſit,quoniā duos ſimul regiam poteſtatē habere
contra naturā eſt huius dignitatis.At imperatores ſimul plures ſæpiſſime
fuerunt,non em̄ ſuprema poteſtas imperium,ſed ſalua rep.ſalua auctori-
tate ſenatus & populi,ſalua libertate im̄pator creabatur.Itaq; imperatore
exiſtente nihilominus cōſules prętoreſq; ac cæteri magiſtratus in republi.
manebāt,rege aūt exiſtente manere non poterant,quod patet ex dictatu
ra.Illa em̄ ꝙ uim quandam regiæ poteſtatis habere uidebatur,ſimul atq;
inducta fuerat in remp.cæteri magiſtratus omnes interibant,& abrogati
per creationē dictatoris cenſebātur,præter tribunos plębis At em̄ cū im-
peratore cuncti ſimul magiſtratus in rep.præſtabāt,& auctoritas uigebat
ſenatus.& populi libertas ſeruabatur,ex quo apparet imperatorē nō eſſe
dominū ſed legitimā poteſtatē,hæc Iuſtinianus.Cui reſponſurus dicam
Imperatores ſemper ſingulos Ro.imperiū gubernaſſe uſq; ad Aurelium
Antonium,uerum de quo ſcribit Euſebius & alij propinquum ſuum Lu-
ciū Anniū Seuerū q erat gener Antonini pij noua bnūolētia cōſortē impij
feciſſe,tūq; primū Ro.rēp.duobus ęq̄ iure imp̄iū adminiſtrātibꝰ paruiſſe,

cum uſqꝫ ad illos ſemper ſingulos habuiſſet auguſtos. At ꝙ impatores ac
ceperũt cõſortes impꝫij factũ eſſe ꝓpter multa negocia ro. imperii cui nec
regna Francorũ, nec Anglorũ ulla ex parte cõparari poſſunt. Fuit tamen
adhuc noua differẽtia & ſuꝑior poteſtas, aliqui em̃ cæſares ſed nõ auguſti
erãt, quod maius erat, hoc em̃ in codice Iuſtiniani apud panegyriſtas & re
centiores hiſtoricos uidere licet, Conſtãtius em̃ imperator teſte Euſebio cę
ſarẽ apud Gallias cõſtituit. Ex Spartião itẽ uidere licet qui ad Diocletianũ
dicit in uita Aelii ueri, qui uel cæſarũ nomine appellati ſunt nec principes
aut auguſti fuerũt, & poſt, quorũ pręcipue de Aelio uero dicendũ eſt qui
primus tantũ cęſaris nomẽ accepit. Sed quid nobis obiicis ſeptem regulos
romãos quorũ imperiũ nõ erat adeo ꝓpagatũ ut multis adiutoribus op⁹
eſſet. tametſi Romul⁹ cõſortẽ Tatiũ habuerit in eodẽ regno & territorio,
ſed nõ nouũ eſt plures eſſe in uno regno reges, duo ſimul fuerũt reges Sue
uorũ qui Veſpaſianũ cõtra Vitellii partes adiuuabãt, ut teſtis eſt Tacitus.
Nouimus itẽ plures ſimul fuiſſe reges Francorũ, Gotthorũ &c. & Hiſpa-
nia hodie regna habet quattuor uel quinqꝫ, & patrũ noſtrorũ memoria in
Gallia quattuor regna fuerũt Francorũ, Burgũdionũ, Longobardorũ &
Belgicę, quorũ poſtremos rexit imperator Roman⁹ & Germãus, ſicut ho
die ad illũ ſpectãt, & maiores Caroli magni nõ fuerũt Francorũ reges, atta
men maiores domus dicebãtur, apud quos ſumma rerũ uerſabatur, adeo
ut regib⁹ nomẽ inane & ſol⁹ titulus relinqueret apud illos adminiſtratio
eſſet. Sed dicat inſuper Iuſtinianus quicquid uelit, libertatẽ ſcilicet fuiſſe &
auctoritatẽ. S.P.Q.R. ſub imperatoribus nõ habebit ſuffragatorẽ me, ſcio
em̃ ecõtrario multo maiorẽ libertatẽ ſenatus & populi ro. fuiſſe ſub regib⁹
q̃ꝫ impatoribus, niſi forſan quibuſdã, nã cuncta impatores ex libito admi-
niſtrabãt, tollẽtes nõ ſolũ libertatẽ ſenatus & populi, uerũ etiã e uita ſuſtu
lerũt aut in exiliũ dãnauerũt, quos placuit uſqꝫ adeo ut nihil magis contra
riũ fuerit tunc ſenatui q̃ꝫ libertas, qui omnes magiſtratus, cõtulerũt & ade-
merũt, adeo ut libertos eorũ ſæpe potẽtiores fecerint patriciis & ſenatori-
bus, & omnes magiſtratus ſi qui erãt auctoritate principis creabãtur, qui
plus nomẽ & titulũ oſtentabãt q̃ꝫ aliquod imperiũ, ſcio em̃ fuiſſe conſules,
ſed nullã illis poteſtatẽ fuiſſe, niſi cõſentiente imperatore cõpertum habeo
adeo ut Roma nunq̃ꝫ minus libera fuerit q̃ꝫ ſub romãis impatoribus. Ad-
do etiã multos non a ſenatu ſed a militibus cõtra ſenatus decretũ atqꝫ po-
puli cõſenſum impatores acclamatos, atqꝫ manſiſſe in impio multoſqꝫ om
ne crudelitatis in patres atqꝫ plębem genus exercuiſſe, ut oſtẽdit Iuuenalis
in quarta ſatyra, dicens. Sed olim ꝓdigio par eſt in nobilitate ſenectus, lo-
quens de crudelitate Domitiani impatoris, Sed nõ laboro in re manifeſta
cum tyrãnidem pluſq̃ꝫ imperiũ imperatorũ dominationẽ maiori ex par
te dicere & oſtẽdere poſſem luculẽtiſſime. Reddit inſuper Iuſtinianus aliã
rationẽ ſuæ opinionis dicẽs. Volo inſuper unam uel alterã rationẽ induce

re quo maioris dignitatis regnū nomē oſtendā, imperiū em̄ quibuſdā ma
giſtratibus recte tribuimus, nam omnes qui iuriſdictionē exercent ac pu
nire & coercere poſſunt imperiū habere dicimus, at regnū habere illos nū
quā diceremus, quoniā imperii legitimā poteſtatē ſignificat, regnū autem
habere ſupra leges eſſet. Ego aūt ecōtrario dicam imperiū ro. ſummā pote
ſtatē, & ſi aliquādo minorē, reges aūt dici aliquando diuites tantū & regu
los qui paruā & minimā habeāt poteſtatē, & rex ſcachorū ut ita dicā etiam
dicitur rex ut habet in ca. uenerabilē extra de electione in gloſſa. At utrūq;
ut regnū ſine ratiōe placuit antiquis eſſe ſupra leges, ita nūc imperiū roma.
& nobis pariter ſine ratiōe, nam eſſe imperatorē eſt eſſe ſupra leges & eſſe
legem animatā in terris ut dicitur In Autē. de cōſul. in prin. colla. iiij. quod
idem cōfirmat Vlpianus iuriſcōſultus ff. de cōſtitu. prin. dicēs quodcūq;
igitur imperator per epiſtolā & ſubſcriptionē ſtatuit uel cognoſcēs decre
uit, uel de plano inter locutus eſt uel edicto pręcepit, legē eſſe cōſtat, hoc ali
bi ſæpe oſtēditur. Ille affert aliā rationē dicēs, pterea qui deo tribuimus uo
cabula ea pręſtātiſſima ſunt exiſtimāda, cum em̄ deus ineffabiliter excellat
nec ulla humana reperiri digna poſſint eius maieſtate, illa deo tribuimus
quæ apud nos ſunt maxima, quoniā maiora tribuere nō habemus, deum
aūt regem nūcupamus ac regnū celorū dicimus ut ſacrę literæ poetæq; te
ſtantur. Imperatorē uero qui deum uocaret uix quiſq; reperitur. hæc ille.
Ego aūt facile inuenire poſſum deum etiā imperatorē dictū apud illuſtres
ſcriptores Cicero loquēdi rgula de ſenectute, uetatq; Pythagoras iniuſſu
imperatoris. i. dei de præſidio & ſtatiōe uitæ decedere Plautus in Amphi
trione ubi Brontia ancilla loquitur, Summus impator diuū atq; hominū
Iupiter is ſe dixit cum Alcumena clam cōſuetum cubilibus, eūq; filiū ſuū
eſſę qui illos angues uicerit, alterū eſſe tuū dixit puerū. Lactātius chriſtia
nus Cicero libro quinto ca. xx. Nam ſi is q in hac terreſtri militia regi ſuo
fidē ſeruat in aliquo egregio facinore ſi poſtea uixerit acceptior ſit & chari
or, ſi perierit ſummā cōſequitur gloriā, quod pro duce ſuo mortē occubue
rit, quāto magis imperatori deo fides ſeruāda eſt, qui non tantū uiuētibus
ſed & mortuis premiū poteſt uirtutis exoluere, Euſebius, Ioſephus, Ruffi
nus de Herode, dicebāt ergo hi quibus diuinandi peritia eſt diuinitus has
pœnas ab impatore deo ob multa eius impie & crudeliter geſta depoſci.
Dicim⁹ inſuper in ſacris literis de beata uirgine Imperatrix cœlorū Hiero
nymus ſuper Matthęū Ieſus rex iudęorū hoc eſt impator credētiū & con
ſitentiū. Idem in Biblijs tranſtulit ſępe imperiū domini dei noſtri. Itē q̊d de
us imperauit Auguſtin⁹ li. iij. de trinitate ca. iiij. nihil em̄ fit uiſibiliter & ſen
ſibiliter q̊d non de interiore inuiſibili atq; in intelligibili aula ſummi impe
ratoris, aut iubeatur, aut permittatur ſecundū ineffabilē iuſticiā pręmiorū
atq; pœnarū, gratiarū atq; retributionū in iſta totius creaturæ ampliſſima
quadā immēſaq; republica. Idē ſępe dicit deū imperare, ergo eſt impator.

Et Ambroſius de eo quòd ſcriptū eſt quis maior eſt in regno, nō ēm ad im
perium cœlorū peruenitur ſuperbia, diuicĳs, præfectura, ſed humilitate
pauperie lenitate &c. Non inſuper ſequitur deum nūcupamus regē, ergo
rex ſummam poteſtatē propterea ſignificat, nam & patrem uocamus nō
tamē icċirco pater ſumma poteſtas eſt, uocamus & agnum, uocamꝰ & pa
ſtorem, non tamen illa ſupremā poteſtatem deſignant, uocamus & domi
num quod uocabulū ut ſuperius dixi tyrannidē ſignificabat antiquitus,
Atq; inter reges olim & tyrānos nulla erat differētia, ut multi auctores p-
diderunt. Virgilius in ſeptimo æneidos Pars mihi pacis erat dextram te-
tigiſſe tyranni. Vbi Seruius ait græce dixit regis, nam apud illos regis &
tyrāni nulla diſcretio eſt. ſic Herodotus Crœſum tyrannū dixit, & Ariſto
phanes in lemniadibus Thoātem Hypſiphyles patrem. Et apud eccleſia-
ſticos ſcriptores ſancti uiri uocantur reges ut dicit Gregorius libro xxvi.
moralium ſuper illud Iob. Reges in ſolio collocat in perpetuū, Sed apud
ueteres latinos pro diuite tantum ponebatur rex. Ita apud Horatiū, Iuue-
nalem, Columellam & Martialē inuenies. Vnde & Plautinus Menęchmꝰ
de ſe contra ſeruum ſuum loquens ait meus Vliſſes ſuo qui regi tantum cō
cinit mali Lycus leno apud eundem in penulo. Rex ſum ſi ego illū hodie
ad me hominem allexero. Rex item ſacrorū qui & Sacrificulus dicebatur
Romæ erat, & pontifici maximo ſubĳciebatur. Et Auguſtinus libro de ci
uitate quarto, quia latrocinia quid ſunt niſi parua regna, Vides hic regis &
regni etiam olim paruam fuiſſe exiſtimationē, & cuiuſlibet fere pagi do-
minum regem appellatum, nōne & in canonicis decretis vĳ. q. i. in apibꝰ di
citur imperatorem eſſe ſuper omnes reges, quæ latinos non nos habēt au
ctores. Vnde illam rationem bene omiſiſſet Leonhardus Iuſtinianus. Im-
peratorē igitur ſummā cōplecti poteſtatē iam liquido oſtēdimus, atq; ſu-
pra reges eſſe declarauimus, non tam ex ſignificatione ꝗ̄ ex opiniōe publi
coq; omnium mortalium conſenſu, adeo ut rex multis non adeo potētibꝰ
attribuatur, ſubq; imperatoribꝰ romanis multi olim reges fuerint, atq; ab
illis ſint coronati, ut Tigranes a Tiberio, Herodes ab Auguſto, & alĳ ab
alĳs. Imperator uero quandā ſupremā in terris ac maximā oſtendat, a deo
ut cum Turcæ ſuos fines mirum in modū propagauerint, princeps eorum
propter magnam potentiā dicatur non niſi imperator, etiā a chriſtianis.
Videris tamen maxime improbare, ꝙ primo noſtri ſcribāt ſe Romanorū
reges, atq; poſtea imperatores, ꝙ nulla unq̄; gens fecerit, noſq; in hoc bar-
barie non parum incuſas, ad quod ego tibi reſpondeo, omium noſtrorum
conſenſu imperatorē maius nobis uideri & eſſe (uti probaui) ꝗ̄ regem, nō
tamē regem romanoꝝ alium exiſtimamus, quo ad poteſtatis exercitium
ꝗ̄ imperatorē romanū. nam poſtquā aliquis ex noſtris in regem romanū
eſt electus. mox omīa imperatoris officia exercet, & ut loquar more legu-
leiorum recentiū, de facto habet plenariā omniū rerum adminiſtrationē

ſupremã𝈈ꝫ poteſtatem, nec aliquid addit creatio in imperatorem, niſi quã
dam ſolennitatem & quædam ornamenta quæ romanus pontifex nō nos
excogitauimꝰ, ut igitur rex aliquis romanorũ primum dicatur, & poſtea
imperator coronatione pontificis ſolum eſt ſedis apoſtolicæ non Germa-
norum inſtitutũ, ut leges in capite uenerabilem extra de electione, nos ue-
ro Germani dum elegerimus aliquem in regem romanorum, mox etiam
habetur nobis imperator, ſed illę tres coronationes non ſunt a nobis intro-
ductę, propter maius imperiũ, ſed propter conſuetudines locorũ, primũ
enim Aquiſgrani pro regno Teutonicorũ & Gallię Belgicæ coronat̃ Me
diolani pro conſuetudine Longobardorũ qui ſpectant ad ditionẽ Roma.
imperatoris. Poſtremo Romæ, pro romano imperio. Maiores em̃ noſtri
(poſt Carolum noſtratem & eius ſtir pem qui nō niſi poſt Roma. corona
tionẽ tandem ſe ro. imperatores ſcribebant) uti Henricus ſecundus, Otho-
nes ante romanã coronationẽ ſcribebant ſe reges tantũ Galliæ Belgicę, &
Longobardorũ, tandẽ poſt pontificis coronationes ſcribebant ſe impera
tores iuxta morẽ maiorum. Sed poſtǭ Othone tertio ſine liberis deceſſu-
ro, & una cum Gregorio quinto ordinante electio ro. principis tranſlata eſ
ſet ad ſeptem electores, papa romanũ principem iuſſit primum regem co
ronari tanǭ minus eſſet & multis cōmune quod ſine eiꝰ auctoritate fieret,
ut ipſe tandem ſupremã poteſtatẽ & imperatoriam conferret, nos uero in
rege imperatorẽ & omnem eius poteſtatem eligimus, atq; tanǭ impera-
tori obedientiam & fidem iuramus, papa tantum quædam ornamẽta ad
dit nihil cōferentia uel addentia imparatorię maieſtati, ut etiã Hoſtienſis
confirmat in ca. ſuper quibuſdam de uer. ſig. ubi dicit principes Germanię
pronunciaſſe ꝙ promotio imperialis non det niſi nomen imperatoris.
Poſtremo tanquam nefas quoddam & piaculum obiicit nobis cum co-
ronemus noſtros reges & imperatores dicens enimuero non ut imperato-
res ſed ut reges romani coronantur, cur ergo ſe poſt coronationem impe-
ratores ſcribunt non reges, deinde hoc totum ignorãtiæ eſt cũ ne reges qui
dem romani unquam coronari mos fuit, Romulꝰ em̃ & hi qui poſt Romu
lum fuerunt reges nunǭ coronam receperũt aut geſtarũt aut uſi ſunt, idẽ
quoq; obſeruatum eſt a Tuſcorum regibus. ut nunǭ coronarentur, ſed tra
bea dumtaxat & palmata tunica, & idem coronari ubi nam gentiũ mos
fuit, quis imperatorẽ ro. antiquis illis temporibus coronatum fuiſſe unǭ
audiuit, aut legit, non Auguſtũ, non Tiberiũ nō Caligulam, non Neronẽ
cum præſertim hi duo extremi intolerandæ ſuperbię ac luxuriæ forent,
nemo inǭ coronã imperij unǭ ſuſcepit aut habuit aut auſus eſt niſi forte
lauream cum triumphaſſet aut roſtratam quod claſſem hoſtium cepiſſet
quæ duæ coronæ non imperatorum erant magis ǭ quorumcunq; trium
phantium aut uincentium. primum Iuſtiniane Coronarum uſus antiquiſ-
ſimus eſt non ſolum ſub Romulo, ſed Libero patre hunc fuiſſe teſtis eſt

Plinius in ſeptimo naturalis hiſtoriæ. Et romani imperatores olim etiā non
lauro tantū ſed & auro etiā coronabātur. Nam ut Aulus Gelius in quinto
docet triūphales coronę ſunt aureę quæ imperatoribus ob honorē mittūt
ſed illæ aureę coronę non fuerūt in tanto precio, ut rex uel imperator pecu
liariter coronaretur. Cū & ciuica p̄cioſior eſſet & priuati etiā ciues illa co
ronarētur. Dicit em̄ Plinius li. xvi. cū de ciuica corōa diceret addit, Cedūt
his murales uallareſqꝫ & aureę quāqꝫ precio antecedētes. Et idem li. xxxiiij.
loquens de Romanis, ijdē quod magis miremur coronas ex auro dedere
ciuibus, quis primus donatus ſit ea nō inueni. Sed quis primus donauerit
a L. Piſone tradit, A. poſthumius dictator apud lacum regillū caſtris lati
norū expugnatis ei cuius maxime opera capta eſſet hanc coronā ex prēda
dedit. Item Lucius lētulus Seruilio cornelio merēdę, ſamnitū oppido cap
to, ſed quinqꝫ librarū corona Piſo frugi filiū ex priuata pecunia donauit
eamqꝫ coronā teſtamēto reipu. legauit. Et Titus Liuius libro tertio, exerci
tus liberatus & eius conſul coronā aureā Cincinato dictatori dedit. Et ſe
ptimo, Idem, ſamnitibus ſuperatis conſul Aulus Corneli⁹ coſſus aduoca
ta cōtione Publij Decij tribuni militaris laudes peragit, præter militaria
dona aurea corona eum donat. Et li. x. Papirius curſor conſul Papiriū filiū
quattuor centuriones, manipuliſqꝫ haſtatorū armillis aureiſqꝫ coronis do
nauit. Et li. xxx. Scipio cōtionē aduocari iuſſit, ubi Maſiniſſam regem pri
mū appellatū eximijſqꝫ ornatum laudibus, aurea corona donat, & Sicini⁹
dētatus aureis donatus eſt coronis ut dicit Gelius li. ij. ca. xi. & Ioſephus in
ſeptimo de Tito Veſpaſiano, Confeſtim ergo eos quorū partes ſunt iudi
care quos nam ſcirent, fortiter aliquid in bello feciſſe & nominatim ſingu
los appellatos collaudat, quaſi qui domeſticis recte geſtis nimiū lętaretur
& coronas eis aureas īponebat, & ſicut apud alias natiōes r̄ges ſuis inſigni
bus decorati ſunt, ita apud Romanos, nā ſicut apud Macedones reges dia
demate cingi morē eſſe ſcribit Herodianus, & reges Perſarū tiarā geſtare
conſueuerūt, in cuius ſumitate gemma erat permagna & lucēs in auro illi
gata Egypti regib⁹ mos fuit aut leonis aut thauri aut draconis priorē par
tem in capite ferre inſignia principatus, Ethiopū uero reges ſceptrū in ara
tri formā gerūt. Ita Romanis indumentū purpurę ſignū erat regię poteſta
tis ut dicit Lactātius li. iiij. ca. vij. Itemqꝫ ut tu dicis trabea & palmata uni
ca Virgilius, Et ſellam regni trabeāqꝫ inſignia noſtri & Cicero p̄ Scauro
quē purpura regalis nō cōmouit eū ſardorꝫ maſtruga mutauit, nonne &
p̄tori ut dicit Feneſtella regia inſignia cōſulareſqꝫ ferme apparat⁹ fuerūt,
ꝗ ſi propter coronationē imperatorū noſtrorū uis nos eſſe barbaros, &
cuncta emēdare uel potius ridere & ridegere ad antiquitatē, facies Romā
(quæ eſt domiciliū & plātatrix linguæ latinæ) & Romanos ipſos barba
ros, nonne pōtifex maximus triplici corona inſtar turritę cybeles inſignit,
quod omibus tēporibus antiquis atqꝫ cunctis nationibus & gētibus eſt in

auditum,ſed bone Iuſtiniane falſo germanos imꝑatores accuſas ꝙ ipſi primū ſe coronauerint cū hoc fecerint ante ro.& græci impatores,nā ut dicit Paulus diaconus de Tiberio Conſtātino,Hic cum auguſtalē coronā accepturus eſſet eamq́ ſecundū conſuetudinē ad ſpectaculū cum populis expectaret,fuit ante illius tempus iam conſuetudo coronādi imperatores, nonne Iuſtinianus coronatū ſe dicit(de quadriennij præſcrip.l.bene a Zenone.quę ergo(inquit)pro Auguſto honore & cautela,res accipientium noſtra ſtatuit æternitas,hęc tam noſtra ſublimitas q̄ cæteri omnes iudices noſtri obſeruare feſtinēt,ex eo tēpore ualitura q̄ nutu diuino impſales ſuſcepimus inſulas ubi Accurſius dicit nota impatores eſſe coronandos,nōne,ut dicit Aurelius uictor Euſebius & alij Aurelianus imperator primus apud ro.diadema capiti innexuit gēmiſq́ & aurata omni ueſte q̄d adhuc fere incognitū romanis moribus uiſebatur uſus eſt,nonne & Conſtātinus magnus coronatus eſt,nam ut dicit Panegyricus eius,merito igit̄ tibi Cōſtantine & imperator ſenatus ſignū dei,& paulo ante Italia ſcutum & coronam cuncta aurea dedicarūt.& Aurelius uictor Conſtantinus pontem in Danubio conſtruxit habitū regiū gemmis & caput exornans ꝑpetuo diademate,ut latius poſtea dicam,Et Mauricius imperator coronatus eſt,vt dicit Paulus diaconus.Nam ut ſcribūt Otho friſingēſis & alij illorū tēporum ſcriptores Heraclitus coronatus eſt occiſo Phoca a Sergio patriarcha in oratorio ſancti Stephani in palatio ſuo coronata eſt,eadē die ſponſa q̄q́ ipſius Eudocia in auguſtam.Et Phocas coronatus eſt,& Conſtantius filius Conſtātis regnauit cum fratribus ſuis Heraclio & Tiberio,ſed cū uenirēt aliqui orientaliū partiū,& dicerent ſi in trinitatē credimus tres coronemꝰ turbatus eſt Conſtātius qui ſolus erat coronatus, Tiberius Cōſtantinus coronatus eſt ab Euticio patriarcha, qui mittens adduxit uxorē ſuam Anaſtaſiam & coronauit eam.Pulcheria Theodoſij filia ſenis Martiani imperatoris capiti diadema impoſuit ut ſcribit Pomponius,Iuſtinus minor Iuſtiniani nepos Sophiā uxorem coronauit auguſtā,coronatꝰ & ipſe ab Eutitio Leobeſſica ortus ꝓgenie ab Anatholio eſt coronatus. Leo iunior cū paucis menſibus rexiſſet imperiū propria manu ut dicit Pōponius lętꝰ in ſuis imperatoribus coronās genitorē ſuū Zenonē,cōſtituenſq́ imperatorem rebus exceſſit humanis.Ita & de alijs ſcribunt oēs fere illorū temporum ſcriptores.Itēq́ Iulianus apoſtata ut ſcribūt Ammianus Marcellinus & alij a militibus Auguſtus appellatus eſt,cūq́ corona deeſſet impialis torquē unus militū ſup caput impoſuit,& iſta coronatio etiā uetuſtior eſt apud Romanos,nam Claudius Druſus ſtatua ſibi cū diademate ad appi forū poſita Italiā per clientelas occupare tentauit,ut Suetonius auctor eſt. Et Titus Veſpaſianus Alexandriā perēs in cōſecrando apud Mēphim api boui diadema geſtauit.Et idem ut ſcribit Ioſephus in ſeptimo belli Iudaici,cum ad zeuma Euphratem uerſus iter cōtēderet,huc miſſi etiā ab rege

parchorũ legati aureã ei coronã ferentes ꝙ Iudęos uiciſſet ,eaq; ſuſcepta etiã conuiuiũ exhibuit regiis. Et Antonius Heliogabalus ut ſcribit Hero dian⁹ gręcus,ueſtitũ uſurpauit luxurioſũ purpura intextũ atq; auro mo-nilibuſq; & armis redimitus coronas etiã ſubſtinẽs ad Tiarę modũ auro lapilliſq; precioſis inſignitas. Vides igitur Iuſtiniane quã perperã ægeris dum Germanos imperatores falſo accuſaueris ignorãtiæ & barbariæ in hoc quod iam diximus. Sed ꝙ addis nec Tyberiũ nec Neronem nec Cali gulam unquã coronatos,cur non addis? nec unctos,uti noſtri modo un-guntur,bone Iuſtiniane,nos Germani malumus ſimiles eſſe chriſtianorũ & Hebręorũ regum q̃ gentilium & ſceleratorũ Neronis Tiberii,& Cali-gulæ,probes tu factum illorũ,nos chriſtorũ,nos em̃ gaudemus ad imitati onem chriſti (qui pro redemptione noſtra ſpineã coronam portare nõ eſt dedignatus) & ſanctorũ regum Dauid & aliorũ & Conſtãtini magni im peratoris chriſtiani) coronare noſtros reges & ungere . Nam & ſi Euſebi⁹ Beda & alii dicant Ariſtobulũ qui Hircano ſucceſſit primũ apud Iudęos diadematis ſumpſiſſe inſigne, Inuenio tũ capite primo libro regum ſecũ do. Saul regem diadema in capite tuliſſe, & ca. xii. Dauid profectũ eſt ad-uerſum rabba, cumq; dimicaſſet. cepiſſe eã & tuliſſe diadema regis eorum de capite eius pondo auri talentũ habẽs gemmas precioſiſſimas & impoſi tum eſſe ſuper caput Dauid. & Paralippo. i. ca. xx. Tulit autẽ Dauid coro nam Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentũ & precio-ſiſſimas gemmas feciq; inde ſibi diadema, coronamus igitur & ungim⁹ reges noſtros ad exemplũ ſanctorũ non malorũ, non ad ſuperbiã, ut tu ex iſtimas. & tyranidẽ, ſed ad humilitatẽ & pietatẽ, hoc non ego & Germani ſed ſanctus Ambroſius dicit, noſq; hunc morẽ accepiſſe a Conſtãtino atq; accipere debere docet de obitu Theodoſii ita loquens de Helena Cõſtanti ni matre, quęſiuit Helena clauos quibus crucifixus eſt dominus, & inue nit de uno clauo frenos fieri præcepit, de altero diadema intexuit. Vnum ad decorẽ, alterũ ad deuotionẽ uertit, uiſitata eſt Maria ut Euam liberaret ui ſitata eſt Helena, ut imperatores redimerẽtur, miſit itaq; filio ſuo Conſtan tino diadema gemmis inſignitum, quas precioſior ferro innexos crucis re-demptionis diuinę gemma cõnecteret, Miſit & frenũ, utroq; uſus eſt Con ſtantinus, & fidem tranſmiſit ad poſteros reges, principiũ itaq; credentiũ imperatoris ſanctũ eſt quod ſuper frenũ, ex illo fides ut ꝑſecutio ceſſaret, deuotio ſuccederet, ſapiẽter Helena ęgit, quę crucẽ in capite regũ leuauit & locauit, ut crux Chriſti de regibus adoretur, nõ inſolẽtia iſta ſed pietas eſt, cum defertur ſacræ redemptioni. Bonus itaq; clauus romani impera-toris qui totum regit orbem ac ueſtit principũ frontẽ, ut ſint prædicato-res qui ꝑſecutores eſſe conſueuerũt Recte in capite clauus, ut ubi ſenſus eſt ibi præſidiũ, in uertice corona in manibus habena Corona de cruce ut fi-des luceat, habena quoq; de cruce, ut poteſtas regat, ſitq; iuſta moderatio

non iniuſta præceptio,habeāt hoc etiā principes chriſti ſibi liberalitate cō
ceſſum ut ad imitationē domini dicatur de impatore romano,poſuiſti in
capite eius coronā de lapide precioſo.& idē Ambroſi⁹. Quare ſanctū ſup
frenū niſi ut imperatorū inſolentiā refrenaret cōprimeret licentiā tyranno
rum qui quaſi equi in libidines adhinnirēt ꝙ liceret illis adulteria impune
cōmitter e quę Neronū,quę Caligularū,cęterorūq; probra cōꝑerimus,qui
bus non fuit ſanctū ſuper frenū.Quid ergo aliud ægit Helenę operatio,ut
frena dirigeret niſi ut omnibus impatoribus ſancto dicere ſpiritu uideret̄,
nolite fieri ſicut equus & mulus,ſed in freno & chamo maxillas eorū con-
ſtringeret,qui ſe nō agnoſcerēt,reges ut regerent ſibi ſubditos ,Prona em̄
poteſtas in uitiū ferebatur,& more pecudū uaga ſeſe libidine polluebant,
Ignorabāt deū,reſtrinxit eos crux domini & reuocauit a lapſu impietatis,
leuauit oculos eorū ut Chriſtū in cœlo quærerent,hæc ille.In quibus lucu-
lentiſſime oſtēditur Iuſtinianū iniuria debacchatū eſſe in Germanos.In q̊
ſe plane uenetū oſtēdit,dum poſtremo etiā addit Germanos imperatores
uix quattuor iugerū poſſeſſores coronari,ſed ꝓfecto illa iugera habēt for
tes uiros dum unus impatoris ſubditus & uaſallus ut dicitur,noſtris tēpo
ribus dux auſtrius Sigiſmūdus tuos Venetos o Iuſtiniāe terra mariq; po
tentiſſimos atq; maximo exercitu inſtructos pauciſſimis militibus memo
rabiliq; clade ꝓfligauerit prope Tridētū ut prius copioſe deſcripſi.Sunt
aūt Veneti Germanorū antiqui & genuini hoſtes quos noſtra patientia ad
maximā iniuriam ꝓuocat,non em̄ cōtenti præda,ſe imperii ditatos eſſe,
qui ante ducētos annos in cōtinenti habebāt nihil,nunc proditiōis atq; cal
liditatis ope q̄bus pugnare dicunt̄ ꝑcipue,& ſunt maxime illuſtres res &
iura impĳ inuaſerūt atq; Italiā nobis debitā nūc illis nunc alĳs factionibus
adiuti Germanorū in Italia imperiū debilitauerūt,atq; euerterūt,nec ut di
xi cōtenti iuribus noſtris & noſtrorū ſanguine olim partis iniquiſſime eſſe
potitos,niſi & uerbis & fabulis nos quibuſcūq; modis poſſunt dilacerarē
ſtudioſiſſime.Sed ſurge o Germanorū inuictiſſima uirtus & fortitudo ge
nuina,uindica te ab iniuria rerū & uerborū,& repetite uiri ueſtrū ab his
qui maximas imperĳ urbes & potētiſſimas uarĳs artibus & machinatio-
nibus in ſuam dominationē ſubęgerūt.Surge tu in primis chriſtianiſſime
atq; auguſtiſſime impator Maximiliane cognoſce homines,qui ut rebus
ſuis conſulant dominādi libidine pręcipites fidem habēt tēporariā, nunc il
lum nunc aliū deſtituere uel fouere,uel circūuenire nunq; formidātes,Va-
lete omnes Germani atq; uerbis & maxime armis laudē,gloriā,atq; hono
rē noſtrū nō ſinite peſſundari,nam & ego non niſi amore patriæ hæc ſcri-
bo,nec cum laruis luctari cupio cū cōtra Iuſtinianū illum ſcribo,ſine uitu-
peratiōe tamē,Sed patrię miſertus non potui uel ſaltem aliquid facere quo
prouectioribus ætate atq; doctioribus me Germanis præberem uberio-
rem occaſionem defendendi Germaniam. Iterum Valete.

# QVOD IMPERATOR ROMANORVM IV RE SIT CHRISTIANISSIMVS DICENDVS

## Maximilianus chriſtianiſſimus Romanorum rex ſem per Auguſtus

### HENRICVS BEBELIVS

Qḋ ego in ſcriptis meis regẽ noſtrũ Maximilianũ appellito chriſtianiſ-
ſimũ exemplo diui Ambroſij,& aliorũ q̱ impatores chriſtianiſſimos ſcri
bunt,exemplo inſuper Romanæ eccleſiæ quæ in die Paraſceues pro cæſa
re orans dicit.pro Chriſtianiſſimo impatore Ro,ita habent libri ſacri tã re
centes q̃ uetuſti,ſunt qui minus recte factũ exiſtimẽt,ꝙ is titulus iure quo
dam hereditario peculiatiter ſit regibus Francoꝝ tributus,ut citra eorũ in
iuriam nemo alius rex ſibi uendicare poſſet, quorũ ſentẽtiæ neq; ſuffraga
bor,neq; accedo,quin immo impatori Romão iure meritiſſimo tribuẽdũ
contẽdo,ſiue em̃ dignitatẽ,ſiue merita cõſideraueri m⁹,germanos impato
res chriſtianiſſimos uocabimus,primũ enim cũ ro.rex ſit ſuper omnes re
ges,atq; eccleſię chriſtiãę omĩũ cõſenſu aduocat⁹ ut ita loquar,& defẽſor,
eius partes erunt,om̃es eccleſię chriſti ſtatus defendere,eoſq; in pace,ac trã
quilitate cõſeruare,uniuerſamq; remp.fidei,ut unicus & maximus chriſti
ani exercitus dux & impator pro uiribus amplificare,ꝑpterea em̃a chri-
ſto gladiũ accepit,quę quidem officia cũ in primis ad Chriſti laudẽ,& glo
riam ſpectent,nõ incongruẽter quin potius iure proprio Ro. rex titulum
ſibi chriſtianiſſimi aſſumere, ac uindicare poteſt.Quemadmodũ põtifex
ro.ſanctiſſimi appellationẽ ab officio & dignitate cui præeſt ,etiã ſi opera
eius eſſent peſſima.Si aũt merita inſpexerimus,ſoli Germani chriſtianiſſi-
mi appellabũtur.Pipinus em̃ Germanus & Francus oriẽtalis,ut nemo fa-
nus negat primus meruit iſtum titulũ ab Vrbano ſecundo,qui ob egregi
am uirtutẽ,& inſignem amorẽ,quo chriſti eccleſiam eſt ꝑſecutus, accepit
& hunc titulũ,& regnũ Francorũ occidentaliũ,quos potius Frãcigenas ap

pellabimus.Carolꝰ poſtea magnus illius filius in quo & ſucceſſoribus cō-
tinuatus eſt is titulus,ꝙ Germanus & francus oriētalis fuit,ideo conſenſu
Ro.plębis atqꝫ approbatiōe ſanctæ ro.eccleſię imperiū in pſona eius ut po-
te Germani ,fuit tranſlatū in Germanos non Gallos Francigenas,ꝙ ſi ex
hoc chriſtianiſſimus fuiſſet dictus,uel ꝙ Francigena eſſet,uel Frācigenę tā
bene meriti de rep.chriſtiana fuiſſent,imperiū nō in Frācos Germanos,ſed
Frācigenas eſſet tranſlatū.quod nemo dicere poteſt,Carolus inſuper dictꝰ
eſt chriſtianiſſimus imperator,non chriſtianiſſimus rex Frācigenarū, hoc
eius ſepulchrū declarat cū tali inſcriptione,Caroli Magni Chriſtianiſſimi
Imperatoris Romanorū corpus ſub hoc ſepulchro conditū eſt,quare Frā
corū oriētaliū,reges qui fuerūt natiōe & imperio Germani,habebātqꝫ ſub
ſe regnū Frācigenarū,illi ſua uirtute imperiū Germāis meruerūt, tituloqꝫ
chriſtianiſſimi decorati ſunt,ob admirādā ipſorū religionē,eccleſięqꝫ chri
ſtianę,ppagationē,quod nemo de Frācigenis & Gallis dicere poteſt, Poſt
ſtirpem autē Carolinā,quæ ut dixi Germana fuit,cum iam Frācia occidē
talis ab orientali imperioqꝫ germanico eſſet diuiſa.Cōparemus geſta Ger
manorū principū atqꝫ imperatorū cū Gallis cunctiſqꝫ Europeis regibus,
& nemo non dicet Germāos eſſe chriſtianiſſimos,nā ſi paruo aliq̄ uolumi-
ne enarrare poſſem,qua diligētia & reuerētia noſtrates impatores ſint di
uiuū cultū proſecuti,ſi fidem Chriſti dilatatā ,regnaqꝫ & populos ad fidē
per eos reuocatos atqꝫ cōuerſos,ſi donationes & priuilegia Ro. eccleſiæ li-
beraliter collata,Si item enumerare uellem conſtructiones & reparatiōes
multorū monaſteriorū,& ſacrarꝫ ædium donationeſqꝫ & priuilegia com
memorarē,intelligerentqꝫ omnes homines nullā eſſe ſub cœlo gentē quæ
poſſet ulla ex parte cū noſtris cōparari,ſed quia hoc Lupoldus Bebenbur
gius luculenter tradidit,non eſt in pręſentia opus ut plura dicam.Quis in-
ſuper unqꝫ egregiā aliquā expeditionē contra infideles,pferet,in qua Ger
mani copioſiſſimo non affuerint exercitu,clariſſimiſqꝫ uirtutibus enitue-
rint? Teſtatur hoc militia Germanorū ſub Henrico quinto,dū Gotfridus
cū fratribus Germanus & Francus orientalis,comes Bulionis natus,& po
ſtea dux noſtratiū Lothoringorū cum Germanis ſacrū ſepulchrū a mani
bus infideliū eripuit,regnūqꝫ Hieroſolymitanū conſecutus eſt glorioſiſſi-
me,non tamen negabo,eo tempore & alias etiā Francos ſtrenue pro fide
decertaſſe,ꝙ ſi nunc cōmemorare uellem quæ ęgerit,p fide chriſtiana Cō
radus ſecundus, Fœdericus primus ænobarbus,Henricus ſextus,per fra-
trem & duces ſuos Itemqꝫ alij ut ſuo tempore copioſius ſcribam,nimis lō-
gum eſſet & ſuperfluum,dum nemo cui paucæ hiſtorię ſunt cognitæ igno
ret,adeo ut nullo unqꝫ tempore ſicut nec hodie religiōe & meritis in fidē
Chriſti cedere Francigenis iure debeamus,quare iure tam dignitatis quā
meritorum germani imperatores chriſtianiſſimi dici debent. Sed ꝙ ad
nos uſqꝫ ſingulariter reges Francorū ita honeſtati ſunt, credo ſolā eſſe illā

conſuetudinē,quæ in ſtirpe Carolina inoleuit,& quædam incuria imperatorum quorundam qui quod ſuũ eſt,uti alijs in rebus multis,ſibi uindicare non ſtuduerunt,ego aũt quod iure fieri debere,& ꝙ Maximilianum cæſarem non neglecturum exiſtimo,pronunciãdum putaui.

Dimitto autem illam cauſam quam hodie quidam ſuis libris complexi ſunt.ꝙ reges Franciæ recentiores Carolus ſtrumoſus de quo ante dixi,& Ludouicus qui nunc imperat ſuis coniugijs,non parum chriſtianiſſimi nomen obtenebrauerint, nam ut de Carolo taceam cuius factum nunq̃ ſine dolore meminiſſe poſſum, nonne Ludouicus ille Aurelianus contra præceptum illud chriſtianum,quos deus coniunxit,homo non ſeparet, cuius ante habuit ſororē,hac dimiſſa atq; repudiata illius mortui duxit uxorē, quod uix uſq̃ auditum eſt apud chriſtianos,quæ ego non in detractionē loquor,quoniam manifeſtaria ſunt,& Robertus ipſe tetigit (ſed diſpenſatione apoſtolica excuſauit,quam ego nec uitupero nec negabo,mallem tamen ſine diſpenſatione non peccare) Sed ideo dicenda putaui,ut intelligãt homines,ſiue uetera tempora repetemus ſiue illa recentia,me iure ſcripſiſſe Maximilianum chriſtianiſſimũ tam dignitate q̃ meritis.ꝙ præter alias uirtutes maximas,uitæ innocentia atq; religione non ſolum hodie uix habeat inter reges ſecundum omnium confeſſo,ſed poſſit etiam cum omni antiquitatē in omni genere uirtutum & gloriæ conferri,

SACRVM

Imperio.atqꝫ Maximiliano Auguſto

# Cohortatio Heluetiorum ad obedientiam imperij

CELEBERRIMO AC IVRIVM DOCTORI CONSVLTISSI
MO IOANNI COLAVER CAESARI ASECRETIS DOMI
no ſuo ſingulariter obſeruando Henricus Bebelius iuſtingēſis.S.D.P

n Eſcio profecto vir humaniſſime atq; diſertiſſime an quiſq; iure
mihi vitio dare poſſit ꝙ ego hæc & alia pro laude & defenſione
impatoris & imperij ſcribo, ego inquā quia homo indoctus,nul
lo neq; rogante neq; cogēte,minus ſim idoneus q̃ ꝙ chriſtianiſſimi impa
toris atq; imperij defēſionē ſuſcipere aut poſſim aut debeā,quod quidē li
bere concedo Nemo tamē eſt qui non me uenia dignū iudicabit,dū egre
giā meā in dominū meū & principem Romanū volūtatem & obſeruan
tiam perſpexerit,dū nec prece nec precio motus,nec item (dij mihi ſint te
ſtes) gloria atq; laude illectus,nihil aliud ſtudeam,nihil cupiam & coner,
quā pro uirili portione mea bene uelle romano principi,illiq; quā optime
conſultū eſſe,quo circa cū iſtis uacationibus ſyrij canis ocioſus delitēſcerē
in ſueuia alpeſtri,ſolo natali,ex propoſitoq; iā diu ſuſcepto pro laude &
ornamēto impatoris cōponerē gratulationē iſtā ad Heluetios,ne ꝓprio
iudicio innixus,aliqd temere minuſq; bene libratū,aut quod in aliq au-
res cęſaris offendere poſſet effutirē,atq; ne dum gratiā quęro,egregieq;
& bene pro imperio ſentire & agere ſtudeo,rerū impitus.lederē atq; ma
le mererer,deligendū mihi putaui aliquē in curia cęſaris,qui errorē deme
ret,meq; ad ęditionē eorū quę bene inſtituta ſunt animaret,ut etiā feci in
Apologia pro cęſare contra Robertū gaguinū francigenā,quā eiſdē ua-
cationibus meditatā & cōpoſitā Reuerentiſſimo domino Gurcenſi dicaui
Quaꝓpter cū ſis coccinij mei predicatione nō vulgari,tā humaniſſimus
ſtudioſorūq; ſtudioſiſſimus,quam doctiſſimus & diſertiſſimus,hanc tibi
meā gratulationē ad Heluetios nūcupatim inſcripſi, confiſus te non ca-
perata fronte accipere & lectitare ignoti hoīs tibi tamē dedititiſſimi cōtra-
ctas ineptias,nugaſq; ex ſimplicitate cordis effuſas,atq; amore imperij &
imperatoris propriā ingenij inelegantiā atq; inſcitiā denudātes,quas cum
legeris & uideris.boni quęſo cōſule,meq; pro ſingulari tua in omes ſtudio
ſos humanitate cōmendatū habe atq; tam tibi q̃ domino Gurcēſi miſſa,ſi
ille prę occupationibus nequiuerit emēdato uel deleas omnino,Atq; quid
mihi in ea re faciundū ſit,pręſcribito precor. Vale ex Tubinga quarto no-
nas Septembris.Anno domini M. D. VII.

AD BERNENSES THVRICENSES CAETERASQVE CIVI
TATES IMPERIALES APVD HELVETIOS HENRICI BEBE
lij Iuſtingenſis ad imperij obediētiam Cohortatio atq; Gratulatio

Poſtq̃ nuper acceperam Conſtātiæ,uiri Heluetij fortes & bellatores in
clyti,uos cōmuni conſenſu,paribuſq; ſtudijs & uolūtate,redijſſe in corpꝰ
ſacri imperii,in gratiāq; cum rege Maximiliano cæſare ſemper Auguſto

eiuſq; & imperij partes adiutare paratos, incredibile dictu eſt quãto affici
ebar gaudio, & quaſi geſtiẽdo lætabar. ꝙ eam rem & uobis & Germanię
ſacroq; imperio, & pręcipue chriſtianę fidei honori, utilitatiq; futurã augu
rabar, gratulabar autẽ in primis Germaniæ noſtræ ſacroq; imperio, quia
uix fieri poſſe uidebam ut ea quæ ſunt cæſaris in exteris regionibus nobis
& imperio poſſimus uindicare ab occupatoribus & rebellione, quoniam
quã diu (uos ipſi imperij membrũ, in ipſaq; Germania nati & ſiti) eſtis du
bia in nos fide, totiſq; uiribus Frãcigenas Germanis ueteres hoſtes adiuta
tis, eorũq; militiam ſtipatis, qui fieri poſſet? ut & uos domi fortes, & nõ cõ
temnendos, Foris aũt & uos & Italiam, & regem Francigenam potẽtiſſi-
mum facile debellare poſſemus, quare plus ꝙ̃ dici poteſt lætabar, ꝙ ſi uos
unicos non habuerimus hoſtes & aduerſos, uobiſcum uel ſine uobis, nihil
erit in toto orbe quod timeamus, parati pugnare cũ quouis Italo uel Fran
co, qui ſine uobis ne uultus quidem noſtros audẽter aſpicere audẽt, nec de
trectabimus prælium cũ Turcis. Sed crede mihi priuſq; ad corpus & gratiã
imperij redieritis, nulla expeditio ſperãda eſt aut fieri poteſt in Turcas.
Nunq; em̃ exibimus in exteras regiones domi hoſtem relinquentes. Inde
fidei chriſtianę gratulandũ exiſtimo, quæ aliter defendi non poteſt, quare
niſi ad obediẽtiã iure legali & chriſtiano pręcepto debitã conuerſi fueritis,
nihil contra infideles attentari unq; poteſt. Nec admitto excuſationem ue
ſtram cum dicere ſoleatis, paratos eſſe obedire dũ cõtra Turcas & infide-
les eatur. Non em̃ fieri poteſt a cæſare expeditio, niſi quæ ſunt cæſaris cęſa
ri reddãtur, & imperiũ reformetur, rebelleſq; qui ſunt ueri infideles (ut po
ſtea ex Gregorio & iure canonico oſtendã) imperata faciãt. Niſi em̃ refor
metur imperiũ, ueniãtq; Longobardi & Itali ad debitã obedientiã, Quis
nobis cõmode ſuppeditabit neruũ belli pecuniam, aut ſi alij rebelles in gre
mio Germanię impune & libere uiuent, quis ſuaſerit nobis patriã exiredũ
interim pro libito graſſari in noſtras poſſeſſiones domos & liberos nemo
prohiberet, vnde non obſcure intelligere poteſtis conſultiſſimũ eſſe reipu-
blicæ chriſtiane factũ hoc ueſtrũ, quo in gratiã cum matre & domina re-
dijſtis, Atq; ego mirũ in modũ gratulor, ꝙ ex eo cõſuluiſtis fidei chriſtianæ
(ut dixi) honoriq; & utilitati. & poſtremo famę & ſaluti ueſtræ, dicã equi
dem cum ſitis natione & lingua & moribus & demũ imperio (quoniã aq
lam ubiq; & ro. imperiũ pręfertis) Germani. Te nemini obedire impera-
tori, ex doctrina Chriſti & euangelica, apoſtolica, & eccleſiæ catholicæ ſan
ctorũq; patrũ traditione, & cohortatiõe, iure tam põtificio ꝙ̃ cæſareo.
¶ Primũ doctrina chriſtiana & euangelica, nam Chriſtus cuius actio, no
ſtra eſt inſtructio, in ingreſſu, progreſſu & egreſſu uitæ confirmauit impe
rium, tẽpore em̃ aduentus ſui per ipſum cæſarẽ totũ mundũ pacauit, & re
center natus tributũ Auguſto perſoluit. In progreſſu uerbo docuit cæſari
eſſe obediẽdum, & tributũ perſoluendũ. Dixit em̃ Matthęi uiceſimo ſecũ

do,reddite ergo quæ ſunt cæſaris cæſari,& quæ ſunt dei deo. Illa autē ſunt
cæſaris ut dicit Hieronymus,nūmus tributum & pecunia.dei aūt ſunt de-
cimæ primitię,oblatiões & uictimæ.Et Matthęi uiceſimo.Scitis quia prin
cipes gentiū dominātur eorū,& qui maiores ſunt poteſtatē exercēt in eos
&c.Marci.x.Scitis quia hi qui uidētur principari gētibus dominātur eis,&
principes eorū poteſtatē habent eorū.Confirmauit etiā apoſtolis dicētibus
ecce duo gladii dum reſpondit(ut dicit Lucas)Satis eſt,quoniā duę pote
ſtates deſignantur ut omnes doctores dicunt,nonne & opere etiā cōfirma
uit?quia pro ſe & Petro tributū cęſari perſoluit.Vnde Matthęi xvii.quid
tibi uidetur Simon,reges terræ a quibus accipiunt tributū uel cenſum a fi
liis ſuis uel alienis,& ille dixit ab alienis.dixit illi Ieſus,ergo liberi ſunt filii,
ut autem non ſcandaliſemus eos uade ad mare,& mitte hamū,& eū piſcē
qui primus aſcenderit tolle,& aperto ore eius inuenies ſtaterem,illū ſumēs
da eis pro me & te,Sed in egreſſu uitę,nōne paſſus eſt ſe iudicari ſub *Pilato*
cæſaris procuratore?ad quē dixit etiā non haberes poteſtatē in me,*niſi ti-
bi* datum eſſet deſuper,non negauit igitur poteſtatē cęſaris,ſed adeo illā
teſtatur,atq; ut aliquādo maximū dicā,tantum deus Romanū imperium
honorauit,ut eo ſtante & durante ,non ueniat(ut illuſtribus ſcriptoribus
placet)homo peccator filius perditiōis antichriſtus,ut legitur ii.ad Theſſa
lo.ii.ca.ubi dicit apoſtolus,qui tenet teneat,donec de medio fiat & tunc re
uelabitur ille iniquus,quem dominus interficiet ſpiritu oris ſui,ſuper qui-
bus uerbis dicunt gloſſę,ꝙ apoſtolus in his uerbis,romanū imperiū deſig
nauerit,ut ro.imparor qui imperiū romanū tenet, teneat de rege ad regē
ſucceſſione,donec omino deſtruatur,quo deſtructo ueniet antichriſtꝰ,ꝙd
apoſtolꝰ de Ro.impio intellexerit cōfirmat chriſtianę fidei ſignifer atq; Ac
chilles,diuus Auguſtinus li.xx. de ciuitate dei.Rabanus atq; alii doctores
Nicolaus uero de lyra in ſua ſolius opinione meo iudicio delirat.Et quoni
am antichriſtus uenturus non eſt niſi prius imperiū deſtruatur,ſine dubio
omnes illi qui ad hoc operam dant,ut non ſit imperiū,& qui nō debita ob
ſeruātia & obedientia regem quem ſibi dominus loco iuſtitię poſuit,uene
rantur,ſunt pręcurſores & nuncii antichriſti,ut dicit Iordanus, Cum itaq;
Chriſtus ſaluator noſter tam ſæpe numero & uerbo & opere Ro.imperiū
approbauerit,nemo poteſt ſe propria auctoritate ab imperatoris obediē
tia ſubtrahere.Præterea ex alio fonte,Cum per fidem chriſtianā non tolla
tur ordo iuſtitiæ,ſed magis firmetur,ut dixi ſuperius ordo aūt iuſtitiæ eſt
ut inferiores ſuis ſuperioribus obediant alioqui non poſſet rerū humanarum
ſtatus cōſeruari,ſed uos eſſe inferiores atq; imperii mēbra declarat regio
natio,aquila,atq; profeſſio ueſtra,qua uos hodie & ſemper ſub ſacro impe
rio eſſe gloriamini,quæ cum ita ſint,neceſſe eſt ad ſalutem animę,ut obedi
atis,id enim præcepit dominus primo regum xv.dicēs,Melior eſt obedi

entiaquam uictimæ,& auſcultare magis quam offerre adipem arie tum,
quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare,& quaſi ſcelus idolo-
latriæ nolle acqu ieſcere,ad quæ uerba dicit Gregorius papa ut eſt repeti-
tum viii.q.i.ca.Sciendũ,Obediẽtia uictimis iure præponi tur,quia per ui-
ctimas aliena caro,per obedientiam uero propria uo luntas mactatur,q̃d
contra ariolandi peccatum inobedientia mõſtratur.Ex aduerſo ergo me
lius oſtenditur quid de eius laude ſe ntiat,ſi enim quaſi pe ccatum ariolan
di eſt repugnare,& qu aſi ſcelus ido'ola triȩ nolle acquie ſcere,ſola eſt quȩ ſi
dei meritum poſſidet obedientia ſine qua qu iſq; infidelis co nuincitur],et
am ſifidelis eſſe uideatur.Hoc idem do trina & præcepta apoſtolica do
cent,Paulus ad Hebrȩos xiii.obedite præ poſitis ueſtris & ſubiacere eis.
Et ad Romanos xiii.omnis anima pote ſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit
non enim poteſtas niſi adeo,quæ autẽ ſunt a deo ordinata ſunt.Itaq; qui re
ſiſtit poteſtati,dei ordinationi reſiſtit,qui autẽ reſiſtunt ipſi ſibi damnatio-
nem acquirunt.Nam principes non ſunt timori boni operis.ſed mali.Vis
autem nõ timere poteſtatẽ fac bonũ & habebis laudem ex illa.dei enim eſt
miniſter tibi in bonum.Si autem malum feceris time.non enim ſine cauſa
gladium portat,dei eni m miniſter eſt uindex in iram ei qui malum agit.
Ideoq; neceſſitate ſubditi eſtote,non ſolum propter iram ſed etiam propẽ
conſcientiam.Ideo enim tributa prȩſtatis,miniſtri enim dei ſunt in hoc ip-
ſum ſeruientes.E,actuum uiceſimo quarto dixit Paulus,ad tribunal cæſa-
ris ſto,ibi me oportet iudicari cæſarem appello,& idem alibi,Reddite om
nibus debita cui tributum tributum,cui uectigal uectigal.Et Petr⁹ epiſto
la ſecunda,ſubiecti igitur eſtote omni hu manæ crea turæ propter deum ſi
ue regi quaſi præcellenti,ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad uindictam
malefactorum,laudem uero bonorum,quia ſic eſt uoluntas dei,ut bene
facientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorãtiam,qua
ſi liberi,& quaſi uelamen habentes malitiæ libertatem,ſed ſicut ſerui dei
deum timete,regem honorificare,ſerui ſubditi eſtote in omni timore do-
minis,non tantum bonis & modeſtis ſed etiam diſcolis.D octrinæ autem
ſanctorum patrum,decretaq; põtificia quid doceant,quid præcipiant ex
innumeris ſcripturis pauca ſubiungam,Hieronymus ſuper Hieremiam
ut eſt repertum xxiij.q.v.ca.regum officium.ipſis autem principibus &
poteſtatibns fidem & reuerentiam ſeruari oportet,quam qui non exhibu
erit,apud deum prȩmia inuenire non poterit.& A mbroſi⁹ xi.q.i,Si tribu
tum petit imperator,non negamus,agri eccleſiæ ſoluant tributũ,ſi agros
deſiderat imperator,poteſtatem habet uendicandorum,tollat eos ſi libitũ
eſt,& capitulo ſequẽti,magnũ eſt,& ſpeciale documẽtũ q̃ chriſtiãi uiri ſub
limioribus poteſtatibus docẽt eſſe ſubiecti,ne qs conſtitutionẽ terreni pu-
)tet eſſe ſoluendam

ſi em̃ cenſum filius dei ſoluit,quis tu tantus es?qui putas non eſſe ſoluendũ
Et Auguſtinus viij.diſ.c.quæ contra generale pactũ eſt ſocietatis humanę
ſuis regibus obtẽperare,& in decretalibꝰ de maio.& obe.ca.ij,ita dicit,in
libro regum legitur,qui non obedierit principi morte moriatur,& in con
cilio Agathenſi ꝙ anathematizetur,nonne ex pręcepto dei om̃es obedire
tenentur papę & imperatori ut dicitur extra de maio.& obe.c.ſolite.& de
cenſibus,c.omnis anima. Innumeris alijs in locis poſſem probare fidelita
tem,ſubiectionẽ,& tributi ſolutionẽ deberi cæſari,ſi non omnibus notiſſi
ma ingererẽ,quoniã ipſe eſt princeps mundi & dominus,ut habetur ff.ad
legẽ Rho.de iactu.l.deprecatio.Et omnes ꝓuinciæ ſunt ſub eo lxiij.di.adri
anus,& omnia ſunt ſub poteſtate cæſaris.viij.diſ.c.quo iure,& xxiij.q.viij
conuenit & c.de quadriennij pręſcriptiõe,l.bene a zenone,& ut cõcludam
Nonne ſancta eccleſia catholica imperiũ cõfirmauit,& conſecrauit,ſum-
mumq; principem in tẽporalibus cæſarẽ,ut ita loquar,recognoſcendum
docuit & decreuit,inq; diuinis officijs ꝓ cæſare orandũ inſtituit.Quicũq;
igit̃ uult eſſe chriſtianꝰ & fidelis ut ego iudico ex uerbis ſupra dictis ęquũ
eſt ac ſalutiferũ ei ut ſit ſubiectus imperio,niſi aliquo priuilegio & immu-
nitate gaudeat,quæ uos allegare non poteſtis.Immo libere ꝓfitemini uos
membra eſſe imperij,ꝙ aũt quidã ex uernaculis ueſtris Nicolaꝰ Schradin
nugator egregius,& omniũ hiſtoriarũ ignarus cuiuſdã Eugenij priuilegia
aſſerit,fabulæ ſunt aniles,atq; in aliqua latrina excogitatæ,tam aperte em̃
mentitur,& cõtra omnẽ rerũ geſtarũ & tẽporũ ſeriem blacterat,ut ciꝰ nu
gæ nulla tergiuerſatiõe poſſint celari aut excuſari,abſurde etiã dicit Peter
mannus etterlin & incongrua de quibus ſuo loco dicã.Obedite igitur uiri
fortiſſimi domino & principi ueſtro naturali,cuiꝰ imperiũ & dominatio
ſumma eſt libertas,nec ſeducamini a quibuſdã ſacerdotibꝰ,qui cõtra obe
dientiã uos animãt & cohortãtur,non ſunt em̃ ſacerdotio digni,ſed Anti
chriſti pręcurſores,diaboli mancipia,nec diuinũ nec humanũ ius callẽtes,
immo ueri heretici ſunt appellãdi.Sed ſequimini chriſtum,apoſtolos,ſan-
ctamq; romanã eccleſiã,qui uos ad ſubiectionẽ & obedientiã cohortant̃,
immo præcipiunt,ut qui contra faciat chriſtianę fidei & pręceptis omnino
aduerſetur.Quã aut perfidi & mali chriſtiani ſint,qui non ſolũ non obe-
diunt cæſari & principi ſuo,uerum etiã probroſis illũ uerbis,uernaculiſq;
cantionibus,theatralibuſq; ludis illum dehoneſtãt,infamãt & maledicũt,
(ſicut quidã pſeudochriſtiani chriſtianiſſimo & ſanctiſſimo imꝑatori Ma
ximiliano facere non uerẽtur)optime diiudicare poteſt,qui ſuꝑiora legit,
& imperiũ ſacroſanctũ eſſe nouerit,quod mihi perſuaſum eſt,a probis ſal
tem & honeſtis ciuibus ueſtris alieniſſimũ,ſequũtur em̃ & ſequi debẽt di-
uinum præceptũ exodi xxij.dijs non derrahẽs,& principi populi tui non
maledices,ſequũtur etiã Dauid ſanctiſſimũ prophetã i. regũ. xxiiij. dixit
Dauid ad uiros ſuos,propicius ſit mihi dominus,ne faciã hanc rem domi

no meo chriſto domini (hoc eſt ſaul per quē non incōgrue ut ego credo in
telligere poſſumus regem & imperatorē qui eſt chriſtus & unctus) ut mit
tam manū meam in eum ſilicet Saul quia chriſtus domini eſt. Occidēdus
etiā eſt iure legali. qui maledixerit regi. Nam ſecūdo regū dicitur, Semei fi
lius gera petiuit ueniā a Dauid peccati & iniuriarū. Reſpōdens aūt Abiſai
filius Saruię dixit, nunquid pro his uerbis non occidetur Semei? qui male
dixit chriſto domini? Vos aūt & boni ciues ueſtri ſequimini potiꝰ Dauid
& quotidianam orationem fideliū bis in die repetitam ueſperi & mane
q̃ dicit, dn̄e saluū fac regē, & ſanctā fidē & eccleſiā catholicā, q̄ in oṗatiōe
diuina ꝓ rege Ro. peculiariter orat & ſacrificat, ſequimini apoſtolū qui ad
Timotheū dicit, obſecro igitur primo omniū fieri obſecrationes, oratiōes
poſtulationes, gratiarū actiones pro oīibus hominibus, ꝓ regibus, & om
nibus qui in ſublimitate ſunt, ut quietam & tranquillā uitā agamus in oīi
pietate & caſtitate. Quare igitur ut aliquādo finiam gratulor uobis plus
q̄ꝫ dici poteſt uiri fortiſſimi & bellatores inclyti, ꝙ iam rediiſſe ſub imperi
um prædicemini. Id em̄ uobis eſt utiliſſimū honorificū & ſalutiferū, ut em̄
obmittam, ꝙ iure & ſub ſalutis periculo teneamini eſſe ſubiecti imperio
& cæſari ut copioſiſſime ſuperius cōmemoraui, nonne cum ſitis dominio
& prouincia, natiōe & lingua, moribus item & inſtitutis Germani, quis nō
uidea thonori uos conſuluiſſe? ſi pro patrię ſalute & incolumitate pugna
re ſtudeatis, cū pulcherrimū ſit mori pro patria ne dum pugnare, ut teſtati
ſunt. Ro. tam uerbis q̄ꝫ factis, ut mille exemplis probare poſſem. nōne etiā
ut elegātiſſime Cicero proclamat, Oīibus illis qui patriā defenderint, iu
uerint atqꝫ auxerint, definitus eſt locus in cœlis ubi beati ſempiterno æuo
fruantur Quam aūt utile ſit uobis & ſalutiferū iuuare Germaniā aduerſꝰ
quoſcūqꝫ, cognoſcetis ſi uobiſcū reputabitis, q̄ꝫ trāquille & pacate uiuatis
q̄ꝫ diu Germania imperio & maieſtate floruerit, ita em̄ ueſtris inſtitutis &
moribus libere, & ad arbitriū ueſtrum uiuere poteſtis, ſi autē externus ali
quis hoſtis opprimeret Germaniā quod dii prohibeant, & noſtra genuina
fortitudo, utputa rex Frāciæ, cuius militiā hactenus illuſtraſtis, creditis ho
mines natura ſuperbiſſimos? & dominandi libidine intemperantiſſimos?
Germania ſubiugata reliqua, non uolo ſtipēdia adminiſtraturos, ſed a uo
bis ipſis tempaturos? aut non diu noctuqꝫ machinaturos, q̊ ueſtrā rēpub-
licam ad interitū deducerent, uoſqꝫ ſub iugum ſeruitutis redigerēt, nemo
ita deſipit ut non credat, nec ſeducamini uel uincamini, aut rebus nimiū ſe
cūdis aut auro Francico, quod uobis quotānis ſubminiſtrari ſolet, Repu-
tate em̄ uobiſcū, quæ res maiores ueſtros tam potētes reddiderit. & inue-
nietis eos ex paruis initiis in tantā coaluiſſe gentē & potentiā non niſi labo
re, frugalitate, cōtinentia, fide atqꝫ regna his artibus facile retinētur, quibꝰ
initio parta ſunt, nam ut ueriſſime & elegāter Criſpus noſter teſtatur. Re-
gna, natiōes, atqꝫ ciuitates uſqꝫ eo, ꝓſperū ſucceſſum habere ſolēt, dū apud

eos uera cōſilia ualuerūt,ubicūq; libido,atq; ſuperbia ea corrupere pau-
lo poſt imminute opes,deinde demptū impiū,poſtremo ſeruitus impoſi
ta eſt,Vbi uero auaritia inuaſit,regna quę per inopiā uirtute capta ſūt,per
opulentiā perduntur,ea em̄ eſt,ut idē dicit,quaſi materies omniū malorū,
nāq; auaritia,fidē,probitatē,cęteraſq; artes bonas ſubuertit,pro his ſuper
biā crudelitatē,deos negligere,om̄ia cū fide uenalia habere docuit,ea eſt
beſtia,fera,immanis,intolerā da,quæ quo intēdit,oppida,agros,fana atq;
domos uaſtat,diuina cū humanis negligit,cui neq; exercit⁹,neq; mœnia
obſtant,quo minus ui ſua penetret,fama,pudicitia,liberis patria atq; parē
ti bus cūctos mortalis ſpoliat,Quo circa uiri Alemāni & germani,cōſuli
te uobis,poſteris ueſtris,& toti germaniæ & redite ad impiū hoc eſt liber
tatē, uidete em̄ in qua libertate ſint Cōſtantiēſes uicini ueſtri,Argētinēſes,
Vlmēſes,& alię ꝙ plurimę impij ciuitates,florētes impio & opibus.nōne
in ſūma libertate optimates,& hij qui ingenio & prudētia ualēt.admini
ſtrāt rēpub.ſūma cū iuſtitia,liberā habēt ciuitatē,liberā adminiſtrādi pro
iuſticia facultatē,propriis & patriis inſtitutis moribuſq; uiuētes,leges iu-
raq; maiorū ſāctiſſime ſimulq; religioſiſſime cōſeruāt atq; exercent,q̊s ſi
imitati fueritis uiri alemāni animi magnitudine illuſtres,hoc eſt ſi ad im-
periū eiuſq; obediētiā redieritis,& ſi optimatis tantū,& illos q nō min⁹
honeſtate ꝙ prudentia pollent adminiſtrare remp. curaueritis,promitto
uobis certiſſimus augur,multo fœliciorē, diuturnioreq; futurā illā ue-
ſtrā iā dictā remp.Nam pręter hoc ꝙ ſapiētiſſimi ſcriptores una cū expiē
tia popularē ſtatū & adminiſtrationē nūq; diuturnā fuiſſe teſtant.q̊s cre-
dere poſſet⁹ paſtores & opifices,cęterāq; impitę plebis fecē & multitudinē
(cui⁹ iudiciū eſt corruptiſſimū cui⁹q; om̄ia acta inordinata ſūt tumultua
ria,plenaq; iniuriarū) cōſulere aliqd pro honeſtate.gloria & ornamēto:
quę ſibi ipſi maiore ex parte male cōſulit,quod ſi glorieť hacten⁹ ꝓſpere
ſucceſſiſſe,Caueat tamen,nā ut Menander chriſtiane dicit,οτε ευτυχεισ
μαλιστα.μη μεγα φρονει αλαζονιασ ουτισ εκ φευγει δικην,Reperat autem
frequentius eiuſdem notabile dictū,ανθρωποσ ων μεμνησο τησ κοινησ τυχησ
violentus enim plebis dominatus,& ſi ad tempus durat, diuturnus ta-
mē & ꝑpetuus eſſe nō poſſe plurimarū gentiū interitus declarat,Iccirco ut
in pace & trāquille leges,inſtitutaq; maiorū iuſte exercere ꝑpetuareq;,atq;
moribus bonis rempu.ueſtrā formare liceat,atq; improbos rebelleſq; iu
ſta pœna,uindiceq; iure reprimere poſſitis per optimatiū adminiſtratio-
nem,ſequimini inſtitutū ueſtrū conſilium,& adherete imperio,quod uobis
honori,ſaluti,& reipublicæ ueſtræ ęternitati eſt conſultiſſim um.Valete

τελοσ

# GERMANI HABVERVNT ALTERVM IMPERIVM Romanis florentibus

¶ Caput Primum

¶ Primo Germani alterũ & ſecundũ a romanis imperiũ habuiſſe præ dicantur ab exteris, Nazarius ad Conſtantinũ de Germania, Iacet In late re Galliarum, aut in ſinu tuo fuſa barbaria, per ſe ipſa potens natio, & poſt romanam magnitudinē ſecũda in terris, ex quibus externi & hoſtis noſtri uerbis intelligimus Germanos aliud a romanis imperiũ habuiſſe, & poſt romanos potentiſſimos fuiſſe, Et Hegeſippus, qui proxime apoſtolorũ tē poribus ſucceſſit dicit Germanos totius orbis imperiũ agitaſſe de Veſpa ſiano loquens his uerbis li.ij. romanis tamen ſuper nubes uiantibus, & ul tra colũnas Herculis imperiũ ꝓpagantibus, nihil inuiũ fuit tanta facilitate hoſtis, & qui latebat repertus, & qui reſiſtebat uictus eſt, quorũ improuiſo aduentu conſediſſe mōtes Germania credidit, rhenũ exaruiſſe, qui magni tudine corporũ & contēptu mortis cæteris ualidiores, quæ retinaculũ an te ſuum rhenum putabāt, nũc ſalutis defenſionē, Itaq; non ſcopulis Germa norũ repletur, ſed romanorum liburnis, quę per errantes tot uſq; ad mare bicornis amnis fluenta quōdam liberas gentes ſeruitio premũt, ut quæ an te ſibi totius orbis imperiũ pręſumpſerāt, nũc ſeruitutis proprię mercedē exoluant, ꝙ ſi quis dixerit Hegeſippus, & alter dicunt Germanos eſſe ui ctos adeo ut cōtra te faciāt. Ego accepto ꝙ primus dicit Germanos alterũ imperiũ habuiſſe, alter totius orbis imperiũ præſumpſiſſe & liberas fuiſſe gentes, nam nō eſt timēdum ꝙ mentiātur laudantes romanos, quæ cōtra romanos proferunt, quis enim nō crederet romam & romanos laudanti bus quæ contra ſe & ſuos adducunt, ꝙ autē ita dicunt Germanos a roma. uictos, hoc uidentur ex fauore & adulatiōe dicere, præſertim dum ego co trariũ probabo illuſtribus ſcriptoribus, Veſpaſianũ non trans rhenũ, Sed in Gallia cum Germanis, ſed uaria fortuna decertaſſe, nec Conſtātinũ trās rhenum, ſed in Gallia etiā nomen ſuum illuſtraſſe, atq; auxilio regis Sue uorũ ad imperiũ perueniſſe. Quis igitur Germanos nō admiretur? quos ego clariſſimos illuſtriſſimos atq; bellicoſiſſimos oſtendam, ex his auctori bus, qui romanis blanditi illoſq; propoſito laudantes Germanos eorũq; laudem deprimere conati ſunt, dum nemo ſanæ mentis nō facile acceptet atq; credat, ꝙ quis contra ſe atq; eos quos laudare cupit afferat

## CAPVT SECVNDVN. RHENVS SEMPER FVIT TERMI nus imperij ro. Et romani contenti fuerunt. rheno tenus germanos pro hibere ne in Galliam tranſirent.

¶ Multi romanorũ imꝑatorũ ſcripſerũt ſe a domita Germania germani cos, ſed nēo eorũ unq; domuit germaniā, niſi forte germaniā ſecũdā ut uo cat Ammiāꝰ marcellinꝰ, hoc ē germāos q ſũt nobis trāſrhenani, ut ſũt, Au ſtraſij Belgarũq; maior pars, ſed legēti mihi ro. ſcriptores cōpertũ eſt ro māos parũ tētaſſe uľ ꝑfeciſſe cōtra germāos. niſi in ipſa intima Gallia, in q̃ ſæpe romāi & uicti ſunt a nobis & uicerunt, adeo ut non minus uere quā

Iuculenter pacatus Latinus ad Theodoſiū deploret Galliam continuo bar
barorū incurſiones ſuſtinentē dicens,unde igitur ordiar niſi a tuis mea Gal
lia malis,quæ ex omnibus terris, quas illa peſtis inſederat haud iniuria ti
bi uindicas priuilegium miſeriarū,ꝙ ſi dixerim,ut ueriſſime poſſum, Iuli
um cæſarem nihil egregiū tranſ Rhenum egiſſe,Germaniſq; potius arma
oſtentaſſe q̃ intuliſſe,non mentiar.dum Pompeius apud Lucanum etiam
dicat eum fugiſſe a Rheno dici inquit,Dant animos Rheni gelidis ꝙ fugit
abundis,ꝙ tametſi hoſtis erat,tamen & hoſtes loquūtur ueritatē,ſed Lu-
canus ex animi ſententia ſcripſit.Inde non probantur mihi,immo mentiū
tur quidam ſcioli(neſcientes dum ſuę ciuitatis uetuſtatē & nobilitatē men
tiri uolunt dehoneſtare Germaniā)dū dicant multas ciuitates in Saxonia
a Iulio cæſare cōditas,nam eo ipſo teſte ultra quindecim dies non māſit in
Germāia nedū Saxōia,inq; nunq; uenit,& q̃ tūc nō fuerat,ꝙ ſi etiā hoc no
men habuiſſet,nunq; tamē in illā uenit,ne dum ciuitatē nullā in tota Ger-
mania cōdidit trans Rhenū,quæ oīa ex cōmentariis eius hominis in pri
mis glorioſi & ambitioſi elicere poſſumus,adeo ut aliis non egeamus teſti
bus,nec ullus hoc uetus hiſtoricus tradit,ſed ſunt meræ nugæ anileſq; ad
carbones,& iuxta focum fabulę.Dico et Auguſtum pauco tēpore porti-
unculā Germanię occupaſſe,tandē amiſſo exercitu,duabuſq; cladibus ac
ceptis repulſum,oſtēdam igitur receptis auctoribus & diuerſis tēporibus
ſemper fere Rheno & Hiſtro terminatū Ro.imperiū uſq; ad annum domi
ni ccc.xxx.(tunc eñ Ro.imperiū in occidēte periit)Romanoſq; rebus in-
tegris et florētibus contētos fuiſſe ſi intra Rhenū & Hiſtrū imperiū agerēt,
Germanoſq; ſemper fuiſſe liberos ab omni imperio hoſteſq; Romanorū
ſemper egiſſe, audiamus auctores Domitius, Vlpianus ff.de capti,& po-
ſtli.reuerſis hoſtes ſunt in quibus bellū publice.Po.ro. decreuit uel ipſi po-
pulo ro.cæteri uero latrunculi uel prędones appellātur,& ideo qui a latro
nibus captus eſt ſeruus latronū non eſt nec poſtliminiū illi neceſſariū.ab ho
ſtibus autē captus puta a Germanis uel parthis & ſeruus eſt hoſtium,& po
liminio ſtatum recuperat priſtinū.Seruius in viii.ęneidos.Rhenus fluuius
bicornis,quia per duos alueos fluit per unum,qua Ro. imperium eſt,per
alterum interfluit barbaros Ambroſius tēpore Valentiniani, Danubius
de occidētalibus partibus barbarorū atq; Romanos interſecans populos
donec ponto ipſo condatur Rhenus de iugo alpium uſq; in oceani profun
da curſus ſuos dirigēs,romani memorandus aduerſus feras gētes murus
imperii,Ioſephus libro ſecundo de bello iudaico tēpore Neronis loquens
de Germanis,nunc autē limitē Rhenum habent,& viii,legionibus domāt
& ſeruiūt quidē qui capti ſunt,reliqua autem eo rū gens uniuerſa ſalutem
in fuga non in armis ponit idem,quid mirum ſi Euphrates ab oriēte & oce
anus ab occidente itemq; a meridiano tractu Libyæ fertiliſſima regio &
ſeptentrione Rhenus atq; Hiſter ſunt imperii limites.Ioſephus hæc uerba

in perſona Agrippę regis ad terrorē iudęorum dixit non ꝗ ita eſſet, Infra
enim oſtendam tempore illo Germanos non ſolum in Galliam crebras ſe
ciſſe incurſiones, ſed in Hiſpaniam uſq; penetraſſē. non tamen nego germa
nos interdum in G al lia uictos. Claudianꝰ de Stilicōe ſub Honorio & Ar
cadio ulla ne poſteritas credet, Germania quondam illa ferox, populis quę
uix inſtantibus olim principibus tota poterit cū mole teneri, Iam ſeſe placi
dam præbet ſtiliconis habenis, V t nec præſidijs nudato limite tentet. Ex-
poſitum calcare ſolū &c. Eutropius de Iuliano, a quo modicis copijs apud
argentoracum Galliæ urbem ingentes Alemannorū copię extinctę ſunt,
ſubmotiq; ultra Rhenum Germani & finibus ſuis imperium cōſtitutum
Seneca quinto naturaliū, ſub Nerone hinc qui medius inter pacata & ho-
ſtilia fuit Danubius ac Rhenus, ac rhenꝰ alter Sarmaticos impetꝰ cohibēs
& Europam Aſiamq; diſcrim inans, alter Germanos auidam gētem belli
repellens. Panegyricus Conſtantino. Et quid opus erat ipſi Rheno inſtru-
ctis & militibus & claſſibus, quem iam pridem barbaris nationibus uirtu
tis tuæ terror obſtruxit, de eodem ruperat fidem gens leuis & lubrica bar
barorum, & robore, atq; audacia. lectis eruptionis auctoribꝰ inſtitiſſe rhe
no nunciabantur. Ilico obuius aſſuiſti & præſentia tua ne auderent tranſi-
tum terruiſti. Ad eūdem neq; enim iam in Rheni gurgitibus ſed nominis
tui terrore munimur. Panegyricus Maximiano Tu domine Maximiane
repente Rheno inſtitiſti omnemq; illum limitem non equeſtribus neq; pe
deſtribus copijs ſed præſentiæ tuæ terrore tutatus eſt idem, porrectis uſq;
ad Danubij caput G ermaniæ Rhetiæq; limitibus Tacitus ſub Domitiāo
in uita agricolæ, nec iam de limite imperij & ripa, ſed de hibernis legionū
& poſſeſſione dubitatū a Romanis. Claudianus de uictoria Stiliconis, ſub
limis in arcton Prominet hercinæ confinis rhetia ſiluæ. Q uæ ſe Danubij ia
ctat Rheniq; parentem. V ltraq; Romuleo prætendens flumina regno.
Cornelius Tacitus libro uiceſimo, ſub V eſpaſiano. Rhenus incognita illi
cœlo ſiccitate uix nauinū patiens acti commeatus, diſpoſitæ per omnem
ripam ſtationes quę germanos uado arcerent apud imperitos prodigij lo
co accipiebatur ipſa aquarum penuria, tanquam nos omnes quoq; & ue-
tera imperij munimēta deſererent, ibidem tutor ripę Rheni a Vitellio prę
fectus Iulius Sabinus Mamertinus ad Maximianū, ſancte Iupiter & Her
cules bone tandem bella ciuilia ad gentes illas ueſania dignas tranſtuliſtis
omnemq; illam rabiem extra terminos huius imperij in terras hoſtium
diſtuliſtis. Etenim a ſole ex oriente ad uſq; męotidos paludes id nunc lon-
gius longiuſq; protendere licet, ſi quis hoſtilem in mutua clade ueſaniā
toto orbe percenſeat, etenim ab ipſo ſolis ortu non modo ac citra męotim
ſub extrema ſeptentrionis plaga qua feruidum caput Danubius euoluit
quaq; horridus ſecat albis germaniā. ſed etiam ſub ipſo lucis occaſu qua
T ingetanū littus calpetano monti obuiū latus in mediterraneos ſinus

admittit oceanum,ruunt omnes in ſanguinē ſummi populi,quibus nūquā
contigit eſſe Romanis obſtinatęq; feritatis nūc ſpo nte perſoluunt penas.
Gotthi Burgundios penitus excindunt,rurſus pro uictis armātur Alemā
ni itemq; terui gens alia Gotthorum adiuncta manu Thaifalorum aduer
um Vandalos Gepideſq; concurrunt Burgundiones Alemānorū agros
occupauere.ſed ſua quoq; clade quæſ tas Alemānia terras amiſere, ſed re
petunt, idem ad eundem. Tranſeo limitem rhetię repētina hoſtium clade
prom otum,alius Panegyricus ad eundem Maximianum,quid autē ma-
ius euenire potuit illa tua in Germaniā tranſgreſſione,qua tu primus om
nium imperator probaſti.Ro.imperij nullum eſſe terminū niſi qui tuorū
eſſet amborum ſcilicet Diocletiani & Maximiani,at qui rhenum antea ui
debatur ipſa ſic natura duxiſſe,ut eo limite romanę prouinciæ ab imma-
nitate barbarię uindicarētur,& quis unq; ante uos principes non gratula
tus eſt Gallias illorū amne munire,quādo non em̄ ſine metu noſtro *rheni*
alueum minuit diu ſerena tempeſtas,quādo non cum ſecuritate noſtra *illi*
us diluuia creuerūt.Lucanus in primo pharſalię Albis & indomitū caput
rheni Herodianus gręcus li.ij,de Co mmodo & Nigro impatore.Hęc dū
agitaret leui incertaq; ſpe ſubni xus fama iam per Pānonios illyricoſq; in
crebuerat perq; exercitus omnes qui pro ripis Danubij Rheniq; excubā-
tes cohercendis barbaris Ro.tuentur imperium.Seneca de mundi guber
natione.Omnes cōſidera gentes in quibus Ro.pax deſinit Germāos dico
& quicquid circa Iſtrum uagarum gentium occurſat,Idem li.iij.de natura
libus quæſtionibus.O quā ridiculi ſunt mortalium termini,Vltra iſtrum
dacus non exeat,iſthmum Samothraces includat,Parthis obſtet Euphra-
tes Danubius Sarmatica ac Romana diſterminet,Rhenus Germaniæ mo
dum faciat,nec obſtat quod in Euangelio legitur,exijt edictū a cæſare Au
guſto in uniuerſum orbem,nam intelligitur in orbem Romanorū,ut etiā
diuus Ambroſius exponit,non aūt orbem terrę,cuius minor pars Roma
norum erat.poſt Theodoſiū autē magnū nō opus eſt loqui de finibus Ro
manorū,dum ne domi quidem ſe potuerint tueri,immo non de finibus,
ed de ſalute tam ſua q̄ patriæ anxij,magnam ſunt paſſi deſolationem,&
otius Italiæ cum Roma uaſtationem,innumerabiles em̄ Germanorū na-
tiones,Sueui,Gotthi,Vandali,Franci,Burgundiones.rugi,Turcilingi,he
ruli & alij infuſi per Italiam diuerſis temporibus & locis & romanorū pro
uincias,totum imperium peſſund ederunt.Et Ruffinus dicit in Scholaſti-
ca hiſtoria Decium imperatorem a Gotthis uictum in præſens & futurū
um maximo rei publicę interitu.

## ¶ CAPVT TERTIVM GERMANI NON CONTENTI HA
bere liberũ imperiũ intra Rhenũ, etiã trans alpes & fluuios patrios Rhe
num & Danubium romanorum prouincias occupauerunt & uaſtarunt
inuitis Romanis.

Romani igitur uſq; ad inclinationẽ impii ſemper ad ripas Danubii &
Rheni ut uim barbarorũ ac inſultus prohiberẽt atq; coercerẽt legiões ha
bebãt, gaudẽtes ut dicit Panegyricus in alio capite ad Maximianũ ſi quã
do rhenus inundatiõe aquarũ auctus, barbaros tranſitu ꝓhiberet, ecõtra-
rio cõſternati ſi penuria aquæ tranſuadabilis eſſet, nihilominus tamẽ ger-
mani non potuerũt cõtineri quin crebras excurſiões in ipſorũ prouincias
non ſine crebris ro. cladibus facerent, ut non minus uere q̃ eleganter dixe-
rit Claudianus Vlla ne poſteritas credat Germania quõdam, Illa ferox po
pulis quę uix inſtantibus olim Principibus tota poterit cum mole teneri,
Iam ſeſe placidam præbet Stiliconis habenis, Vt nec prẽſidiis nudato limi
te tentet Expoſitũ calcare ſolũ &c. Stilico aũt germanos non uicit, ſed quia
& ipſe Germanus & Vãdalus in ſocietatẽ belli accepit, nã ut ſileam (quo-
niã de antiquitate Germanorũ alibi illa dicã) quomodo priſco Tarquinio
rege Germani in Italiã intrauerint, & Senones etiã Germani ut oſtendã in
Italiã & alias ꝓuincias, quomodo itẽ Cimbri totũ orbẽ inundauerint, &
Teutones cum his in Galliã & Italiã tranſiuerint, & quomodo plærią; Bel
garũ a Germanis ortũ habuerint, ꝙ Germani antiquitus in Galliã ꝓpter
fertilitatẽ agri tranſiuerint, ut refert cæſar in cõmentariis, ut etiã omittam
uaſtatã Romã, Italiã, Gallias, Hiſpanias, Africã, Europã, & Aſiam per got
thos, Vãdalos, Lõgobardos, Quados, Sueuos, Burgũdiones, Marcomã-
nos, Saxões, Anglos, Scotos, Turcilingos, Rugos, Erulos, Alanos & innu-
meros alios Germanorũ populos, tã em eo tẽpore. Ro. imperiũ periit, præ
fertim in occidẽte, ſolũ dicã rebus ro. florẽtibus Germãos inuictos & indo
mitos diuerſis tẽporibus. Ro. ꝓuincias intraſſe, inuitis romanis, ac ꝓ gloria
dignitate, impio atq; pro finibus ꝓferẽdis nũq̃ ꝓ libertate cũ Ro. pugnaſ
ſe, adeo ut optime dixerit quicũq; ille fuerit, gallia in eſſe ueterẽ Germano
rum incurſionẽ multarũ cedium cauſam Germanorum & ro. primũ enim
bellũ gladiatorum in Italia adiuuerũt Germani in Italiã profecti, Lucullo
& Caſſio conſulibus ut teſtis eſt Oroſius in v. & Cæſar in primo cõmenta
riorum in quo quid ro. & Italia paſſa ſit deſcribit Auguſtinus li. v. ca. xxii.
de ciuitate dei dicens, Bellum quoq; fugitiuorũ gladiatorũ q̃uis multis
ro. ducibus. & duobus conſulibus uictis. Italiaq; horribiliter contrita atq;
uaſtata, tertio tamẽ anno poſt multa bella cõſumptũ eſt, nõne cæſar fœlici
ſimus imperator ro. & qui ſolus & primus domuiſſe dicitur Germanos
dum in Gallia cum potentiſſimo exercitu ageret, nõ deterruit Sicambros
minimam Germaniæ portionem, quin in galliam prẽdatum tranſirẽt, atq;
ipſos ro. caſtris eorũ pene captis nõ parua clade ſed maximo metu affice
rẽt, ut & ipſe cęſar in vi. belli gallici teſtatur, nõne idẽ in ſeptimo ſe ipſo ut

dixi in Gallia belligerãte dicit Tre ueros a germanis rhenũ tranſeuntibus
preſſos, idē dicit in quarto, germanos facile impelli ut in galliã tranſirent.
Idē in vi. dicit ſueuos contra ſe Treuiris miſiſſe auxilia nõne eodem tēpo
re, ut dicit Hirtius in additione germani nullis aduerſus Ro. auxilia dene
gabant (qui tamē ſua militia cęſarem ſæpe numero uictorioſum reddide
runt, ut poſtea dicam) quod nobis optimũ argumentũ eſt germanos pa
rũ timuiſſe romanos, ſub Tiberio itē qui Auguſto ſucceſſit germani gal-
liã uaſtarũt, unde Suetonius de illo, Armeniã a Parthis occupari, meſiã a
dacis, ſarmatiſꝗ; gallias a germãis uaſtari neglexit magno dedecore impíj
nec minori diſcrīe, Idē dicit Eutropius, germani in Hiſpaniã penetrauerũt
tēpore neſcio quo ſed nõ multo poſt Tiberiũ. Seneca ad albinã de cõſola
tione, Thuſcos Aſia ſibi uēdicat, Tyrij Africam incolũt, in Hiſpania pœni
gręci ſe in galliã immiſerũt, inſe gręciã galli, pyreneus germanorũ trãſitꝰ
nõ inhibuit, hoc idē teſtatur Ioſephus li. iij de bello iudaico, loquēs de Ve
ſpaſiano Claudij ut credo duce, Et qui (inqt) po. Ro. iã pridē pacaſſet he-
ſperiã germãorũ tumũtu cõcuſſã, de Veſpaſiano itē loqt Egeſippꝰ li. iij. Ve
ſpaſianũ ſolũ eſſe cui ſũma militię oriētis in partibꝰ iure cõmitteret uirꝗ; ab
adoleſcētia militię triũphalis in ueteratũ ſtipendijs, qui in pacatas Gallias
germanorũ tumultu & ferocia genuinę temeritatis in bellum relapſas pa
ce diuturna cõpoſuerat Lãpridiꝰ de Alexãdro, Erat aũt grauiſſimũ reip.
atꝗ; ipſi ꝙ germanorũ uaſtationibꝰ gallia diripiebat Flauiꝰ Vopiſcꝰ de
probo his geſtis cũ ingenti exercitu gallias petit que omēs occiſo Poſthu
mo turbatę fuerant, interfecto Aureliano a germanis poſſeſſę, Panegyri
cus de Maximiano, tamē oēs barbarę nationes excidiũ uniuerſæ galliæ
minarētur, neꝗ; ſolũ Burgũdiões & Alemãni ſed etiã Chaibones, eruliꝗ;
uiribus primi barbarorum locis ultimi pręcipiti impetu in has prouinci
as irruiſſēt, quis deus tam impator, ſalutē attuliſſet niſi tu affuiſſes, latinus
pacatus de Theodoſio, Iacebat in numeralibus malis ægra uł potius dixe
rim exanimat a reſpu. barbaris nationibus germanis ſcilicet ut ipſe po
ſtea declarat) romano nomini uelut quodam diluuio ſuperfuſis, ſub Ar
chadio & Honorio Hiſpanię per Sueuos uaſtatę ſunt Mamertinus ad Iu
lianum florentiſſimas quõdam antiquiſſimaſꝗ; urbes barbari (Alemã-
ni erant) poſſidebant gallorũ illa celebrata nobilitas, aut ferro occiderat
aut immitibus addicta dominis ſeruiebet, in hoc ſtatu imperator noſter
gallias nactus nimium habuit aduerſus hoſtem laboris atꝗ; diſcriminis,
Nazariꝰ Conſtantino de Francis germanis Franci ipſi pręter cæteros tru
ces, quorũ uis cum ad bel lum efferueſceret ultra ipſum oceanũ ęſtu furo
ris euecta Hiſpaniarũ etiam oras armis infeſtis habebat Herodianus de
Alexãdro, quippe ſignificabãt germãos rhenũ Danubiũꝗ; trãſgreſſos ro
manos in fines hoſtiliter intraſſe oppugnareꝗ; exercitus ripis inſidentes,
perꝗ; urbes & uicos magnis copijs excurrere, & illyrici milites ſuos domi
(cęſos a germanis audiebant

Oroſius ſub Galeno & Valeriano, Germãi alpibus, rhetia totaq; Italia pe
netratis Rauennã uſq; perueniũt, Alemãni Gallias peruagãtes etiã in Ita-
liam tranſeunt Græcia, Macedonia, Pontus, & Aſia Gotthorum inundati
one debetur quadi, & Sarmatę Pannonias depopulãtur, Germani ulterio
res abraſa potiũtur Hiſpania Gallia pluſq; xx. annis ſub Valeriano & Ga
leno a Germanis poſſeſſa ab Aureliano recuperata dicitur, poſt Aurelia-
num, Gallia iterum amiſſa ſub Probo reſtituta ſcribitur. Idẽ Oroſius. Con
ſtantinus cęſar in Gallia (iuxta Lingonas ut dicit Hieronymus in Euſebio
Primo prelio ab Alemãnis pro ꝓfligato exercitu ſuo uix ipſe ſurrept⁹ eſt,
ſub Gratiano Burgũdiones Germani Galliã inuaſerũt, & Cornelius Taci
tus de Germanis dicit occaſione diſcordię noſtrę & ciuilium armorũ ex-
pugnatis legionũ hibernis Gallias affectaſſe, de Germanis dicit Hierony-
mus ſuo tẽpore qui claruit ſub Theodoſio horret animus tẽporũ noſtro-
rum ruinas proſequi, uiginti & eo amplius ſunt anni quod inter Conſtan
tinopolim & Alpes Iulias quotidie Romanus ſanguis effũditur Scythiam
Thratiã, Macedoniã, Theſſaliã, Dardaniã, Daciã Achaiam, Epiros, Dal
matiã cunctaſq; Pannonias Gotthus Sarmata, Quadus, Alanus, Vanda
li Marcomanni uaſtant, trahunt, rapiũt. Idem ad Acherutiam, Gerõtiam,
& per annos xxx. fracto Danubio in medijs Ro. imperij regiõibus pugna
tur. Idem innumerabiles & ferociſſimę nationes uniuerſas Gallias occupa
runt, quicquid inter alpes & Pyreneum eſt quod Rheno Oceanoq; inclu-
ditur, Quadus Vandalus Sarmata, Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Bur
gundiones, Alemãni, & o lugẽda reſpu. hoſtes Pannonij uaſtarũt ſub Va
lentiniano ſuperiore Quadi Germani & Sarmatę illyricum uaſtauerunt.

## ROMANI REBVS FLORENTIBVS VIRTVTE GERMANO rum res magnas geſſerũt. & qui populi quibus in locis uſi ſunt militia Ger manorum.

¶ Caput Quartum

g Ermanorũ militũ præſtantia & fortitudine Romanos fuiſſe uſos
ac uictorioſos nec Ro. quicq; egregiũ ſine illis auxiliatorib⁹ geſſiſ
ſe, unde potius oſtendam q̃ ex Iulio cæſare qui omẽs Ro. fœlicita
te, rebuſq; geſtis longe ſuperauit, illius inq; triumphos & torrẽtiſſimũ fœli
citatis progreſſum qui adiuuerunt atq; promouerũt niſi Germani? dũ eñ
ſubacta etiã Germanorũ auxilio Gallia Germanos trans Rhenũ non irri-
tandos cenſeret, Sueuorũ fortitudine pterritus, beneficijs eos & munerib⁹
ſibi deuinxit, quibus etiã præſtantiſſimũ impatorẽ in acie pharſalica ſupe
rauit, toto oriente uel potius totius orbis militia ſi unos dempſeris gallos
atq; germanos ſtipatum, Pompeiũ inq; qui Plinio referente, res geſtas non
Alexandri modo magni ſed & Bacchi & Herculis ſuperaſſe famigeratur,
Germanis uicit, Ita dicit Lutius florus de prelio pharſalico, nã cũ diu ęquo
Marte cõtenderet iuſſuq; Pompei fuſus a cornu erupiſſet equitatus repen

te hic ſigno dato Germanorum cohortes ſtatim in effuſos equites fecere
impetum, ut illi eſſe pedites hij uenire in equis uiderẽtur. Idem cæſar cum
tota Gallia duce uercingentorige in ſe conſpiraſſet, neq; ex Italia interclu-
ſis itineribus ſupplementa habere poſſet, aut iuſtum exercitũ ut tanto ex-
ercitui par eſſe poſſet unis Germanis rebellantẽ repreſſit. Ita eñ ille ipſe di-
cit in ſeptimo de prim o prelio in biturigibus commiſſo. Cæſar ex caſtris
equitatum educi iubet, preliũ equeſtre cõmitti, laborãtibus iam ſuis ger-
manos equites circiter cccc. ſub mittit, quos ab initio ſecum habere inſtitu
erat, eorum impetũ galli ſuſtinere non potuerũt, atq; in fugã coniecti mul
tis a miſſis ſeſe ad agmen receperũt. Et ita dicit auctor innominatus, ne pri
uemus ſua laude barbariem cccc. equitũ germanorũ qui ſub cæſare mili-
tabant, atq; ab ipſo principio ſecum erant, opera fuit egregia, ab ceſare eñ
i mmiſſi laborantibus alijs in tẽpore ſubuenerũt fregerũtq; gallos repenti
no impetu. Dum autem laborãtibus alijs dicitur. intelligi non obſcure dat
in periculo rem ceſaris futurã fuiſſe, niſi germanica uirtus e ni tuiſſet. Q̃ ce
ſar aũt a principio belli ſecũ habuit germanos, argumentũ eſt *Arioiuſtũ*
regem Germanũ germanis fuiſſe uictum, poſſem inſuper alijs in locis oſtẽ
dere ex Tacito Romanos cũ Germanis mercenarijs, pſligari conatos ipos
germanos. Proh deorũ atq; hominũ fidem o dolendã & execrãdã germa
norũ auaritiã, quos eſſe inuictos ab hoſtibus res ipſa atq; multorũ auctorũ
teſtimonia declarãt, hos ipſa pecunia uincit, quis niſi Germani? Ro. tot re-
gna & imperia cõquiſierũt? quis hodie regẽ Franciẹ illuſtrẽ facit niſi Ger
mani? quos nundinari ſol et pecunia annuiſq; ſtipendijs quis ei inſubriam
peperit? Germani, quis Apuliam bis ſubegit? Germani, quibus hodie cõ
fiſus armis Frãcigena tot res nouas molitur? Germanorũ, quis Genuã ex
pugnauit? Germani. Quis rurſus illũ ter Apulia deturbauit maximis pre
liis fuſum magnaq; ſuorũ cede? Germani, adeo ut & illum & regẽ Hiſpa-
niæ Germani fecerint illuſtres & uictorioſos, ſtulti ꝙ aliis non ſibi regna
parent, ꝙ ſi eſſent cõcordes, & Heluetii noſtri cum imperio ſentirent & nõ
aduerſam partẽ fouerẽt, nihil nobis obſtare poſſet ne alpes quidẽ in acceſ
ſẹ, aut ulla maria, ſed deorũ immortaliũ fortaſſe ira cõtingit nunq; nobis
eſſe concordes, Sed ut ad inſtitutũ redeam, dum contra cæſarẽ tota Gallia
conſpiraſſet, neq; ipſe ullos milites in galliã interclufis uiis introducere poſ
ſet, ut alibi, ita nunc iuxta ſequanos gallos germanis uicit, nã cũ plures ex
Germania equites & pedites euocaſſet, qui minus idoneos equos habebãt
a Romanis ſumptos illis diſtribuit, atq; illis uictoriã obtinuit, hæc eius ſũt
uerba. Germani dextro latere ſummũ iugum nacti hoſtes loco pellũt fugi
entes uſq; ad flumen, ubi Vercingẽtorix cum pedeſtribus copiis conſede
rat perſequũtur, cõpluresq; interficiũt quare animaduerſa reliqui, ne circũ
uenirẽtur ueriti, ſe fugẹ mandãt omnibus locis fit cedes, Tres nobiliſſimi
hedui capti ad cæſarẽ perducuntur. Et auctor innominatus germanorum
equitum quos e tranſrhenanis urbibus cæſar acciuerat in ſignis opera fu

ſo equitatu raptiſq; & cæſari pręſentatis aliquot nobiliſſimis heduorũ qui
hoſtium in acie contra eum fuerant. Et poſtea cæſar ad Alexiam oppidũ
uirtute germanorũ uicit Gallos. Accedat ipſe teſtis, Ita em̃ dicit libro ſepti
mo cõmentariorũ, fit equeſtre pręlium, laborantibus noſtris. Cæſar Ger-
manos ſubmittit, noſtris animus augetur, hoſtes in fugam coniecti ſe ipſi
multitudine impediunt, atq; anguſtioribꝰ portis relictis coaceruantur, tũ
Germani uſq; ad munitionẽ ſequuntur, fit magna cedes, non nulli relictis
equis. foſſam tranſire ac maceriem tranſcẽdere conãtur, multis interfectis
cõpluribus equis captis Germani ſeſe receperunt, nonne in obſeſſione eiuſ
dem ciuitatis Alexię Germani iterũ pro cæſare uincũt Gallos, hoc ipſe idẽ
cæſar teſtatur libro ſeptimo, cum a meridie (inquit), ꝑpe ad ſolis occaſum
dubia uictoria pugnaretur, Germani una in parte confertis turmis in ho-
ſtes impetum fecerunt, eoſq; pepulerunt, quibus in fugam coniectis ſagita-
rii circũuẽti interfecti ſunt. Oroſiꝰ aũt ad ſanctũ Auguſtinũ ita loquit̃, Ver
cingentorix quem omnes cõſenſu pari regẽ pręoptauerant ſuadet, uti ex
tota Gallia omnes qui arma ferre poſſent huic bello preſto ſint, hoc enim
eſſe unum bellum quo aut perpetua libertas, aut ęterna ſeruitus, aut mors
omnium conſequatur, itaq; abſq; eo numero quem infinitum ante cõtra-
xerat equitum circiter octo. M. peditum cc.l.m. contracta ſunt, de hinc du
os colles ſibi inuicem obuerſos Romani Galliq; ceperunt. unde multis ſæ
pe eruptionibus & uariis prouentibus pręliantes, tandem Romani preci-
pua Germanorũ equitum quos ſibi iam dudum amicos nũc in auxilium
acciuerãt uirtute uicerũt, Iterũ auſpicio Germanorũ cæſar bellouacos ſu-
perat Hirtius ita refert, non intermittantur interim quotidiana prælia in
conſpectu utrorũq; caſtrorũ quę ad uada trãſituſq; fiebãt paludis, qua cõ
tentiõe Germani quos præterea cæſar traduxerat Rhenũ, ut equitibus in
terpoſiti pręliarẽtur cũ Conſtãtius uniuerſi paludẽ tranſiſſent pauciſq; in
reſiſtẽdo interfectis, pertinacius reliquã multitudinẽ eſſent inſecuti ꝑterriti
nõ ſolũ hi q aut cominꝰ opprimebãt, aut eminus uulnerabãt, ſed etiã lõgi
us ſubſidiari cõſueuerãt, turpiter fugerũt nec priꝰ finẽ fugę fecerũt. q̃ ſe aut
in caſtra ſuorũ r̃ceperũt, aut nõ nulli pudore coacti lõgius ꝓfugerũt, nõne
& Caninius cęſarianus Gallos ſupra uellodunũ oppidũ uirtute Germano
rũ uicit. teſtis eſt idẽ Hirtius, cũ Caninius (inquit), ꝓpius hoſtẽ acceſſiſſet
ab exploratoribus quos p̃miſerat cognoſcit caſtra eorũ. ut barbaroꝝ fere
cõſuetudo eſt relictis ſuꝑioribus ad ripas eſſe fluminis demiſſa. At Germa
nos eqteſq; imprudẽtibus om̃ibus de improuiſo aduolaſſe & p̃lium cõmi-
ſiſſe, qua re cognita legionẽ armatã inſtructãq; adducit, ita repente om̃ibꝰ
ex partibꝰ ſigno dato loca ſuꝑiora capiũt q̃d ubi accidit Germãi eqteſq; ſi-
gnis legionis uiſis uehemẽtiſſime p̃liant̃ cõfeſtim cohortes undiq; impetũ
faciũt om̃ibus aut interfectis aut captis magna pręda potiuntur, cęſar item
auxilio Germanorum nititur in Hiſpania contra Afranium Pompeianũ
ut ipſe refert li. i. de bello ciuili, Pompeius item habebat Germanos ſecum

qui in ægipto militauerāt, quos ibi Aulus Gabinius pręſidij cauſa apud regem Ptolomeum reliquerat, hi Germani poſtea cæſari damnū intulerūt, Nam ut ipſe ſcribit li.iij.ciuilis belli, Germani munitiões noſtras aggreſſi pluribus interfectis ſeſe ad ſuos incolumes receperūt. Et cæſar Alexandrinos in ægipto uicit auxilio Germanorū quorꝫ equitū ægiptij & Alexādrini impetū adeo pertimuerūt, ut in fuga ſpem ſalutis quærerent, ut teſtis eſt Hirtius li.iiij. de bello Alexādrino. Item Germani aliqui in Africa cum cęſare militātes a Labieno aduerſario fortiter pugnātes atqꝫ reſiſtentes circūuenti trucidantur ut Hirtius de bello Africo tradit. Quibus omibus lucu lenter perſpicimus Romanos militia Germanorū in omibus terris uſos, eorumqꝫ egregia opera & audentia ſæpe triumphaſſe, & cęſarē Ro. qui unqꝫ uixerūt pręſtātiſſimū imperatorē ſe ipſo teſte Germanis hoſtes ſuperaſſe, ita ut eis non monarchiā ſolū ſed uitam etiā ipſam toties adiutus per illos acceptā referre debeat, ſub Caligula alijſqꝫ omibus ante eum cęſaribus militauerūt, ut apud Suetoniū & Tacitū inuenitur. Germani inſuper per legiones militauerūt in Syria ſub Nerone, ut teſtis eſt Cornelius in xiij. Militauerūt item ſub Nerone ad clauſtra Caſpiarū pro bello q̄d in Albanos parabat ut idem Cornelius li.xvij. oſtendit, in ægipto quoqꝫ apud Alexandriam cum eodē Nerone militaſſe refert idem in eodē, nonne cū Galba in Hiſpania & cum Iunius uindex, una cū Gallis a Nerōe defeciſſent, Germani ſoli duce Virginio occiſis circiter xx. milib9 Gallorū & uindice ad mortem compulſo ſoli illam cōſpirationē diſſipauerūt, qui poſtea a Galba ſpreti & non iuſtis ſtipēdijs remunerati cauſa fuerūt cędis galbę, ut dicit Suetonius. ſub galba item germani militauerūt, quos Nero in Alexādria prius habuerat, illi, & chari gallæ fuerunt, & in primis fideles, ut Suetonius & Tacitus tradunt, de Vitellio autem non plura dicam, quoniā a germanis quos in militia gallicana habuit eſt imperator appellatus, atqꝫ ad imperiū deuicto Othone promotus. Idem teſte Ioſepho in v. cū Vitellio capitoliū expugnātes quod Domitianus inſederat, incenderūt diruerūtqꝫ quod ſignum mihi uiſum eſt futuri ad nos imperii transferēdi. Domitianus tamē elapſus euaſit, Sed nec ſolum Vitelliū germani creauerūt imperatorē, uerum etiā Claudium Ioſephus de antiquitate li.xix.ca.ii. gratus germanus Claudiū apprehēdens cognouit, ſeqꝫ ſequētibus ait iſte germanus eſt, eū cōſtituamus imperatorē &c. qui & per illos factus eſt cæſar, & idem ad timentē Claudiū noli (inquit) de tua ſalute puſillanimis eſſe, cum te magis oporteat magnanimiter de imperio cogitare, ꝙ dii auferētes gaio mundoqꝫ pſpiciētes tuę cōceſſere uirtuti. Conſtātinus magn9 etiā teſte Aurelio maxime auxilio Sueuorū imperiū eſt adeptus Ro. pgrediētes ad Veſpaſianum, & inueniemus eum deliberaſſe an imperiū ſuſciperet propter germanicarū legionū uim famam & robur. Vt dicit Tacitus, tandem per duces ſuos ille germanos non niſi germanis uincēdos exiſtimās Sidonē atqꝫ

Italicũ Sueuorũ reges in amicitiam aſciuit, illiſq; in prima acie pugnãtib⁹ germanos uicit, ut idem teſtatur. Ioſephus itẽ dicit germanos bellum ciui le ro. ſedaſſe li. v. de bello iudaico. Imperator item Maximinus auxilia-ribus germanis eſt uſus. quorũ potiſſimũ fidei cõſidebat, ut dicit Herodia nus. & ut idem teſtatur. Marcus pater Cõmodi germanos in ſocietatẽ aſci uit, Antonius item germanos in amicitiã conciliauit, ſub quo etiã in oriẽte militauerunt. Maximinus germanos ſæpe contra ſe in bellis expertus tan dem in amiciciam recepit. Cõmodus item propoſitis pecuniis germanos in ſocietatẽ adiunxit. Externi etiã & longinquiores uſi ſunt militia germa norũ. Herodes eñ rex eos habuit milites, de cuius ſepultura ita dicit Ioſe-phus li. vij. de bello iudaico, & Egeſippus in primo circa lectũ filij cũ ꝓpin quis præterea ſatellites agmenq; thratiũ germaniq; & galathæ uelut ad bellum inſtructi omes antecedebãt, Atq; Mithridates rex ponti in ſua mi litia germanos habuit ut teſtis eſt Iuſtinus li. xxxviij. Sed quid plura ger mani per Hiſpaniã Galliam Aſiã atq; Syriam crebram militiã agitauerũt, de quibus ita dicit Seneca li. i. de ira Germanis quid eſt animoſius, quid in curſu acrius? quid armorũ cupidius? quibus innaſcuntur innutriũturq; quorũ una illis cura eſt, in alia negligẽtibus. Quid induratius ad omnẽ pa tientiam? ut quibus magna ex parte non tegimenta corporũ prouiſa ſunt nõ ſuffragia aduerſus perpetui cœli rigorẽ. hos tamen Hiſpani Galliq; & Aſiæ Syriæq; molles bello uiri anteq̃ legio uiſatur cedunt, ob nullã rem aliam opportunos q̃ ob iracũdiam, nec ego cõmoueor q̃ dicit eos aliquã do uinci & uictos eſſe, niſi eñ crebro uictores fuiſſent, nõ diceret quid ani moſius? quid in curſu acrius &c. Vnde nõ obſcure intelligis eos inuictos niſi aliquãdo ob iracũdiam, & hodie ſunt inuicti niſi temeritate & auda-cia ſine cõſilio aliquãdo eam prelij cõditionẽ acciperent, qua uix poſſibile eſt eos poſſe uictoriã obtinere, ut dum nuper uix mille impetũ fecerunt in Venetos pluſq̃ xx. millib⁹ uirorũ inſtructos ſuę tamẽ tem eritatis pœnas dederunt, nihilominus niſi ad iniquũ pugnãdi locum fuiſſent ꝓgreſſi, nec uniuerſus eos Venetorũ exercitus illo die profligaſſet.

## CONTRA PHILIPPI BEROALDI OPINIONEM IN Suetonio Germanicus nõ Germanicianus legendum eſt

### ¶ Capitulum Quintum

In Suetonio legitur ſyncera, antiqua & uera lectione germanicũ exer-citum elegiſſe Vitelliũ in impatorẽ ſępeq; eũ uictorẽ feciſſe apud Tacitũ q̃d nõ mediocriter facit ad ꝓpoſitũ meũ & laudẽ Germanorũ, ꝓinde par-cãt mihi mães doctiſſimi uiri & meritiſſimi de lingua latina Philippi Bero aldi ſi ego aliter ſentio in Suetõio legẽdũ q̃ ipſe, eiuſq; cõmentaria produt legit eñ bis & legẽdum cenſet germanicianus exercit⁹, quaſi Italici & Ro: milites qui in Germania militauerint, non germani, cui lectiõi (ductus lau de & amore patriæ) omnino refragor, illuſtribus auctoribus adiutus: Pri-



159

mum em̄ niſi Germani fuiſſent milites qui Vitellium acclamauerūt, impe
ratorē non Germanicianus ſed Gallicanus exercitus legendū fuit (in Gal-
lia em̄ militabāt ibiq; imperator creatus eſt) mihi aſtipulatur Hegeſipp⁹
inquarto, dicens, nec ſolum Galba interfecto, ſed etiā Othone extincto Vi
tellij ducibus cōgredientibus quē Gallicanus exercitus creauerat impera
torē Et Oroſius in ſeptimo igitur Ottho cum Galba & Piſone Romę inter
fectis inter tumultus cædeſq; inuaſiſſet im ꝑiū, ac mox creatū imperatorē
in Gallia per germanicas legiones Vitelliū compeeriſſet bellū ciuile moli-
tus &c. Secūdo Vitellius habuit nō Ro. niſi forſan paucos ſed germāos, &
xxx. millia germanorū, ut teſtis eſt Tacitus in xvij. Oroſius itē ut iā dixi
germanicas legiones habuiſſe dicit, teſtis etiā eſt Ioſephus in vi. de bello iu
daico, creatus (inquit) Ottho imperator cū Vitellio imperante pugnabat,
quem germanorū tūc manus elegerat, teſtis etiā eſt Tacitus ter uel quater
li. xvii. quibus omnibus liquido oſtenſum eſt Suetonii antiquā lectionem
eſſe uerā, germanicuſq; nō germanicianus eſſe legendū, nihilominus Bero
aldum habendū (uti ego profecto facio) doctiſſimum exiſtimo, *hominē*
tamē, quē etiā cōtingit interdum falli & decipi.

GERMANI FORMIDABILES ERANT IN PRIMIS ROMA
nis & maximo terrori atq; etiā regibus alijs potentiſſimis

¶ Caput Sextum

Germani romanis imperatoribus formidabiliſſimi erāt, Primū enim
cum ſub Iulio cæſare in Gallia belligerāte galli narrarēt magnitudinē ani
mi, atq; uirtutē germanorū tantus terror romanū inuaſit exercitū, ita to
tis caſtris trepidatū eſt, ut uulgo totis caſtris teſtamēta obſignarētur, teſtis
cæſar in primo. Caius Caligula adeo timuit Germanos, ut eorū aduentu
uel rebellione tantū audita Romę deſperaret ſalutē, ſibiq; trās mare fugā
pararet ut dixi ex Suetonio in Epitomate laudū Sueuorū, Cęſar etiā Iulius
domita Gallia nō cupiuit in germaniā proficiſci, ſed Illyricū explorauit,
an illic res magnas attētaret, paucis em̄ diebus tranſ Rhenū agens timidus
receſſit, pontēq; ab ſe factum reſcidit, Veſpaſianus item ut inquit Tacitus
deliberauit de imperio an acceptaret propter uim germanorum & robur
genus notum militari uiro, Et ut idem dicit, multæ legiones in Italia ad fa
mam germanici exercitus quia germanorum uexilla præmiſſa erāt, con
ceſſerūt in partes Vitellij, & Mauri ipſi teſte eodē Vitellio cōciliati ſunt ex
magna ꝓuincias germanici exercitus fama, Cæteri impatores a Veſpa
ſiano aut cū germanis fœdera percuſſerūt, aut aduerſa paſſi ut poſtea dicā
uſq; ad Conſtātinū, tūc em̄ nō ultra magna ſpe, auctoritate & ſucceſſu fœ
lici de impio occidētis (excepta germania quę nunq; ꝓuincia Ro. fuit) ſed
potius de ſalute, ꝓpria & libertate Italię cognouerūt. Licet em̄ poſt Cōſtā
tinū Iulianus maxime & Gratianus cōtra Alemānos res magnas geſſerit
hic tamē poſtea in gallia extinctus eſt, ille uero Alemānos expertus fœdus

cum ijs percuſſit,amiciciaq̃ꝫ cõciliauit. Theodoſius etiã magnus fœliciter
de inimicis triũphauit, attamẽ ſub ei⁹ filijs imperiũ Ro.ruinã atq; inclinati
onẽ non modicã patitur,nec poſt unq̃ꝫ caput alleuare potuit,hi fuerũt Ho
nori⁹ & Arcadi⁹. At nec ſolis romanis ſed alijs etiã potẽtiſſimis regib⁹ ger
mani formidabiles erant,de qua re ita loquitur Campanus in oratiõe ad
principes Germaniæ,cũ eñ magnus Alexãder domuiſſet Triballos Boe
tiam Thratiã,Spartanos,Theſſalos,Achaiam peloponenſum, Ioniã,Lydi
am,Liciam,Ciciliã Capadociam,Cariã,Paphlagoniã,maiorem & mino
rem Armeniã,Syriã,ęgyptios,Perſas,Thauros,Hircanos,Medos,Sacas,
Indos,deterritus tamẽ eſt aſpectu & fama germanorũ ad Danubijq̃ꝫ ripã
ſubſtitit,& qui omnem orientẽ fœliciter calcauerat eius uim una Germa
nia repreſſit,impetũ cõpeſcuit,audaciã retardauit, & ut Oroſius dicit got
thos qui ſunt Germani Alexander euitandos pronũciauit,Pyrrhus exhor
ruit,cæſar declinauit Darius & Cyrus potẽtiſſimi Aſię reges traiecto Da
nubio Germanos non auſi ſunt attingere. Liſymachus rex maximus,cum
ingẽti coacto exercitu Danubiũ traieciſſet Aromechete rege nõ modo ui
ctus ſed etiã captus eſt Tanta fuit germanorũ uictoria.tanta eorũ clades
qui germaniã armis petierũt,ut natũ ſit inter finitimos prouerbiũ, male q
uelit pugnare cum germanis pugnet,hęc ille.

## GERMANI NEC ROMANORVM POTENTIAM NEC aliorũ timuerũt ¶ Caput Septimũ

Etſi Romãi fuerĩt terrori pene om̃ibus gẽtibus,adeo,ut nulla tã fera gẽs
fuerit,quę nõ illos ſupplici genu adorauerit,nec ulla tã minoſę alpes, quas
nõ penetrauerint,nec tã horridi mõtes quorũ iuga uictor Ro.nõ calcaue
rit,nec ulla flumina uł maria eorum potẽtię obſtiterint,adeo ut rex Agrip
pa teſte Ioſepho li.ij. de bello iudaico,uniuerſos qui ſub ſole incolunt ro.ar
ma uenerãtes fuiſſe affirmet germanos tñ inuenio tametſi interdũ uictos,
eos inq̃ꝫ timuiſſe, ita eñ primo apud cęſarẽ loquũt li.iiij. Vſipetes & Tẽca
theri germanos nũq̃ꝫ recuſare ſi laceſſanť armis cõtẽdere, ꝙ hęc ſit eorũ cõ
ſuetudo a maiorib⁹ tradita quicũq̃ꝫ bellũ inferãt reſiſtere,ꝙ ro.florẽtiſſ̃is
eorũ reb⁹ nõ timuerint argumẽto eſt,ꝙ Hirci⁹ in additione belli gallici dicit
p⁹ p̃clariſſimas cęſaris in gallia res geſtas,germanos nemini auxilia aduer
ſas ro.denegaſſe,argumẽto itẽ Tacit⁹ q ſcribit Caij cęſaris minas aduerſ⁹
germanos in ludibriũ ũſas, Qui inſup fieri poſſet ut Ro.timuiſſẽt q ultro
om̃ib⁹ cõtra ro.auxiliũ p̃bebãt Mithridati,& ꝙ picſoſi⁹ ipis gladiatorib⁹
in gremio italię,q inq̃ꝫ germani nũq̃ꝫ qeti crebris excurſiõib⁹ italiã galliã cę
teraſq̃ꝫ ro.ꝓuintias infeſtabãt,etiã tẽpe Targnij Priſci & ãte,ſed q̃s in galliã
ro.ꝓuinciã reb⁹ ro.florẽtib⁹ fecerint excurſiões, lõgũ eſſet narrare,quę &
ſupra narraui, Optie claudian⁹ ad Stilicone̅ uãdalũ de germanis, ingẽtia
quondã,Nomia crinigero flauẽtes ũtice reges, Qui nec principib⁹, donis
precibuſue uocati,paruerint,iuſſi properãt ſegniq̃ꝫ uerẽt,offendiſſe morã

idem Claudianus, Vlla ne poſteritas credat germania quondam, Illa fe-
rox, populis quæ uix inſtantibus olim, Principibus tota poterit cum mole
teneri. Iam ſeſe placidam præbet Stiliconis habenis, Hęc om̄ia ideo hic di-
xiſſe uolo, ut intelligatur Germanos cum Ro. nō pro libertate ſed ꝓ digni
tate & imperio decertaſſe, nam ꝙ Druſus & is ſolus aliquādiu partiūculā
Germanię in prouinciā redigere eſt annixus, ꝓpterea iuxta Bingiū ut ca-
ꝑūt nr̄æ hiſtorię tandē belligerās occubuit, & ſubactā partē breui Quinti
lius Varus exercitu ad internitionē ceſo amiſit.

ROMANI SAEPIVS A GERMANIS PACEM ET AMICI
tiam pecunia mercati ſunt, & Germani cōtra illos ſæpius glorioſiſſime tri
umpharunt. ¶ Caput Octauum

Abſit a germanis ꝙ Ro, rerū potitos timuerint, dum ecōtrario Ro. pa-
cem ab eis & amicitiam multa pecunia emerint Claudianus de germanis
Illi terribiles, quibus ocia uēdere ſemp̱, Mos erat & fœdara quiē mercede
paciſci. Et alibi dicit, Qui nec principibus. donis, precibuſq; uocati, Parue
rant &c. nunc ſub Stilicone ſcilicet ut mēs eſt Claudiani, ſponte ſua ueniūt
uerum eſt Claudiane, ſed Stilico nō ui ſed maximis pollicitationibus ſuā
nationē, quia & ipſe Vandalus & Germanus fuit, germanos in ſuas partes
traxit, ꝙ ſi dixerit Romāus Claudianū in adulationē Stiliconis hęc falſo
dixiſſe, bene eſt ſi mentiūtur poetę & ſcriptores Ro. cū in rebus hiſtoricis,
& geſtis de eorū inimicis egregia dicūt. O quot mēdacia inſtruūt, dū pro
Ro. loquūtur, quātum aſſentātur, quoties ſupplantāt ueritatē, adeo ut om
nem eorū hiſtoriam pro nugis & fabula habēdam & legendam exiſtimē,
At capiamus hiſtoriographos nō poetas, & inueniemus Iuliū cęſarem fœ
liciſſimū Ro. in bellis germanis quos armis uincere non potuerat, in amici
tiam ſuſceptis Pompeium atq; Oriētem uiciſſe, Germani item ſub Augu-
ſto uſq; ad Varianā cladem, ſub Tiberio, Caligula, Claudio, Nerone Gal
ba Vitellio. maximis beneficijs affecti ad cuſtodiam cæſarei corporis ui-
gilabant, Otho etiā imperator multis modis ſtudioſiſſimeq; teſte Tacito
germanicū exercitū lenire ſtudebat, ſicuti & Veſpaſiani duces. Atq; præ
ter cęteros quorū res geſtæ non uſq; quaq; mihi patent, Cōmodus impera
tor, Aelius pertinax, Seuerus, Aurelius Antonni⁹, Marcus uerus Alexan
der, omnes hij gratiā & amicitiā germanorū quęſiuerunt, de quibus dicit
Tutor ad ciuilē apud Corneliū, illos om̄ia ex libidine agere non regi, non
iuberi, ſoliſq; pecunia & donis corrūpi, adeo ut Herodianus dicat de Ale-
xandro multa illum a Germanis paſſum, nec contra illos unq; ſuperiorē
euaſiſſe, qui Rhenum Danubiumq; tranſgreſſi, Romāos in fines hoſtiliter
intrauerint, tandem pecunias in magna copia illis dediſſe, fœderaq; & pa
cem ab eis mercatum eſſe. ſunt enim, ut dicit Germani auidi pecuniæ atq;
nunq; non auro pacem Romanis cauponantur. Idem de Cōmodo dicit (q
tamē in hoc ſolo Cōmodus fuiſſe prædicatur a Romanis, ꝙ fœliciter cō

tra Germanos pugnauerit, ego credo non bello, ſed pecunia cum Germa-
nos non uiciſſe ſed corrupiſſe, magnis premijs germanos illum ſibi in ami
citiam adiunxiſſe, quod quidē ut ipſe r̄fert haud difficile factu fuit. quippe
barbari germani ſcilicet ſuapte natura pecuniæ auidi periculorū deſpiciē
tes, aut in curſibus populationibuſq; uictum parant, aut propoſita merce-
de uenalem pacem habent, quod intelligens Commodꝰ ut pecunia quam
maxime ſecuritatē redimeret, nihil uidelicet petentibus denegabat, Ex q
bus ego intelligo Alexandrum ſæpe uictum Comodum pecunia ſe cōfeſ
ſum germanæ fortitudini imparem, nec mirum, non enim contra illos tan
tum, ſed contra alios cęſares multo potentiores uictoria potiti ſunt. Nam
& Iulius fortunatiſſimus bellator non trans rhenū ubi nihil egregiū geſſit,
ſed in ipſa Gallia cōtra germanos non ſemel infauſte pugnauit, de quo Eu
tropius ita ſcribit, Inter tot ſucceſſus ter male pugnauit apud Arbēnos ſe-
mel præſens, & a germanis bis abſens, nam legati eius Titurius & Aurū
culeius per inſidias cæſi ſunt. Quas clades Auguſtus acceperit narraui co-
pioſiſſime in eo libello qui inſcribitur Epitome laudum Sueuorū Tiberiꝰ
Auguſti ſucceſſor armis uindelicos aggreſſus ut ſcribit Campanus, Ger-
manis inſurgentibus breui e germania diſcedere coactus eſt, neq; quicquā
egregium in Germania fecit, & Tacitus dicit ingentes aduerſus germaniā
Tiberij conatus fruſtra fuiſſe, Caligula germanos fugit, fugamq; tranſma
rinam cogitauit. ut alibi dixi ex Suetonio, & quos ſecum habuit pecunia &
muneribus placauerat, ut dicit Ioſephus. Claudius beneficio germanorū
in imperatorē prouectus ut Ioſephus ſupra teſtatus eſt, Nero & ſi pluſquā
tyrannus homo truculētiſſimus germanos beneficijs proſecutus, eoſq; cu
ſtodes corporis elegit, Galba conſpiratione germanorū contemptus ceſus
eſt, Otho a germanis per duces uictus mortem ſibi ipſi conſciuit, Vitelliꝰ
beneficio eorum cæſar creatus eſt. Veſpaſianus non in germania, ſed gal-
lia per ducem ſuum Cerealem germanis & maxime Batauis & ciuili con
greſſus ſępiſſime uictus eſt, uariaq; fortuna pugnatum tradit Tacitus tem
pore cuius exercitus Ro. in Gallia a germanis cæſus, hibernaq; legionum
capta ut dicit Tacitus libro uiceſimo, nec uerum eſt quod Campanus di-
cit illum cum germanis a Claudio miſſum bis & tricies conflixiſſe, cū bri
tannis enim non cum germanis pugnauit, nam ut Suetonius dicit Claudi
us unam omnino ſuſcepit expeditionē, eamq; modicam in Britannia ſcili
cet idem Suetonius ita dicit de Veſpaſiāo, Claudio principe Narciſſi gra
tia legatꝰ legiōis in germaniā miſſus eſt, Inde in Britanniā tranſlatus tricies
cum hoſte conflixit, hoc ſignificantius Eutropius prodit, tricies & bis cū
hoſte in Britānnia conflixiſſe Veſpaſianum, Hegeſippus etiā in iij, Veſpa
ſianus inquit Britanniam romano imperio armis acquiſiuerat, nullā men
tionē faciens de germanis. ſed quo milite quęſo uictor Britanniā ſubegit
germano pręcipue, legatur Tacitus in uita Agricolę, ubi nō obſcure inuē

niar, me uerum dixiſſe, Domitianus itē apud germanos exercitū ſuū in
caute perdidit, de quo dicit Tacitus & ea inſecuta ſunt re ſpu. tēpora, quę ſi
leri Agricolā non ſinerēt, tot exercitus in Myſia Daciaq; & Germania Pan
noniaq; temeritate, aut ꝑ ignauiam ducū amiſſi tot militares uiri cū tot co
hortibus expugnati & capti, nec iam de limite imperij & ripa, ſed de hy
bernis legionū & poſſeſſiōe dubitatū, addo Domitianū in capitolio obſeſ
ſum a Germanis cū Vitellio militātibus fuga ſalutē quęſiſſe, cęteros Ro. ꝗ
cum Domitiano erāt & ꝓſertim magnā partē nobilitatis ut dicit Ioſephus
una cū capitolio a germanis exuſtos & deletos, ſunt & alij impatores Ro.
contra quos germani res fœliciſſimas geſſerūt, ſufficiat tamē florentiores
annumeraſſe, alibi em̄ dixi alios impatores cū germanis uaria fortuna de
certaſſe. Includo poſtremo, omnes illos impatores Ro. qui germanos etiā
cum uictoria ut loquūtur ſui hiſtorici (Iuliū uolo cæſarē Iulianū Cōmodū
Maximinū & alios) experti ſunt, eorūq; fortitudinē uiderūt, eos tādem in
amicitiā recepiſſe fœduſq; cū eis ꝑcuſſiſſe, quod nunq; feciſſent, niſi ſe inferi
ores animis germanorū iudicaſſent. nō nulli etiā impatores rebus deſꝑatis
animiſq; & uiribus germanorū inferiores ad diuinūq; auxiliū cōuolantes
ſe a germanis redemerūt Antoninus em̄ uerus diuinitus ut ſcribūt germa
nos ſuꝑat pluuia de cœlo miſſa, cū fulmina germanos ꝑſequerētur, extant
literæ M. Aurelij grauiſſimi impatoris, quibus illā germanicā ſitim chri
ſtianorū forte precationibꝰ impetrato imbri diſcuſſā cōteſtatur, Gratianꝰ
item apud argentuariā chriſti fretus potētia ut dicit Oroſius uicit Alemā
nos. Conſtātius uicit & uictus eſt.

## ROMANI IMPERATORES REBVS FLORENTIBVS SPRE
## tis alijs nominibus germanicos ſe a germania deuicta falſo nominauerūt, falſeq; triumpharūt.

¶ Caput Nonum

Nemo inueniet apud ſcriptores Germaniā in prouinciā Ro. redactam
Druſus porciunculam eius in prouinciā redegit, ſed nō māſit adeo ut bre
ui poſt Romani duce Quintilio uaro ſuorū ſanguine & maxima cede ſūt
ab illa repulſi, uel potius ibi extincti, lego aūt plurimos impatores ſe ger
manicos inſcripſiſſe, ꝗ̃s ꝓfecto poſſum non obſcure cōiecturare germaniā
nunq; uidiſſe, ſed uel falſo titulo gloriatos, uel in gallia alijſq; ꝓuincijs par
ua aliqua ſtrage milites aliquos germanię uel uiciſſe uel in amiciciam rece
piſſe, uel domita modica germaniæ portione mox totam germaniam do
mitaſſe gloriatos, raro enim inuenies poſt acceptam cladem uarianam in
germania romanos militaſſe, adeo ut bene ſcribat Panegyricus de Maxi
miano, hic quod iam faſo de antiquis imperatoribus putabatur, Romana
transrhenū ſigna primus barbaris gentibus intulit, inde ſuperius probaui
rhenum ſemper fuiſſe limitem imperij uſq; ad inclinationem Ro. rerū, nul

li tamen dubium eſt ſemper germanos excurſiones feciſſe in Galliam, Ro-
manoſqꝫ illam ſuam eſſe prouinciam contendentes cum eis uaria fortu-
na decertaſſe, aliquos tantum uolo Probum, Claudium Iulianũ paucoſqꝫ
alioſqꝫ, multi enim impatores uel negligentes ut Tiberius uel terrore ger-
manorũ uel in uiſceribus Italiæ ſalutem imperiȷ̃ tueri coacti Galliã negle
xerunt, uſqꝫ ad tempera Hieronymi, tũc eñ nõ ulterius de imperio, ſed de
propria ſalute amiſſa etiam Italia atqꝫ Roma cogitauerũt. Quam rem ita
deflet diuus Hieronymꝰ in epiſtola ad Gerontiã, Quis hoc credit (inquit)
quæ digno ſermõe cõprehenderẽt, romã in gremio ſuo nõ pro gloria ſed
pro ſalute pugnare, Immo ne pugnare quidem, ſed auro & cuncta ſupel-
lectile uitã redimere, quo nõ uitio principũ qui uel religioſiſſimi ſunt, ſed
ſcelere ſemibarbari acci dit ꝓditoris, qui noſtris cõtra nos opibus armauit
inimicos. Idem recẽs factũ eſt & ꝙ ipſa audiſti cum ad ſtridulę buccinę ſo
num gotthorum clamorem lugubri oppreſſa metu domina orbis roma
cõtremuit. ubi tunc nobilitatis ordo? ubi certi & diſtincti illius nobilitatis
gradus? permixta oĩa & timore perfuſa, omni domui plãctus, & æqua
lis fuit per cunctos pauor. Idem ad eandẽ. Et per annos triginta fracto Da
nubio in mediȷ̃s Ro. imperiȷ̃ regionibus pugnatur, & quoniam res geſtę cę
ſarum poſt Domicianum propter ſcriptorum penuriam non ſunt tã clarę
& notę ſicut anteceſſorum, poſſum iure exiſtimare illos ſe germanicos ap
pellaſſe a deuicta tota germania, cum aliquã uel minimã in germanis (cũ
multæ & innumeræ fuerint teſtibus romanis ſcriptoribus) nationem uel
in galliȷ̃s raro in propriȷ̃s ſedibus clade affecerint, pręſertim cum Tiberius
Claudius, Caligula, Domicianus rebus multo florentioribus germanici
dici uoluerint falſo, cęteris titulis quos ſenatus detulerat, r̃pudiatis falſoqꝫ
de germanis triumpharint, ut hoc titulo dignarentur, qui erat maximus
apud Ro. (germanos deuiciſſe qui tamẽ ſemp inuicti fuerũt) Vnde Mar-
tialis de Domiciano Creta dedit magnum, maius dedit Africa nomẽ. Sci-
pio quod uictor, quodqꝫ Metellꝰ habet, Nobilius tribuit domito germa-
nia rheno, hunc igitur maximum germanici titulum Tiberius falſo ſuſce
pit, nam ut ſupra dixi non ſolum fruſtra germaniam petiȷ̃t, ſed & galliã ab
illis inuaſam aſſerere neglexit, Caligula non modo falſo titulo uſus, ſed &
falſo de germanis triũphauit (quos fugit & timuit ut ſupra dixi) unde Sue
tonius conuerſus hinc (inquit) ad curam triumphi præter captiuos ac trã-
ſfugas barbaros, galliarũ q̃qꝫ proceriſſimum quemqꝫ ac non nullos ex prin
cipibus legit, ac ſe poſuit ad pompam coegitqꝫ non tantum rutilare & ſub
mittere comam ſed & ſermonem germanicum addiſcere & nomina bar
barica ferre. Quem Perſius falſo triumphantem deridet ultima ſatyra O
bone num ignoras miſſa eſt a cæſare laurus, Inſignem ob cladẽ germanę.

pupis & aris frigid⁹ excutit̃ cinis, Domitianus itẽ de germanis falſo triũ
phauit, ſeq; germanicũ atq; menſem ſeptembrem immerito nomĩauit, de
quo Silius, At tu trãſcendẽs germanice facta tuorũ, Iã puer auricomo ꝑ
formidate Batauo, Et Frõtinus in primo ſtrategẽatũ, Impator cęſar Do
mitianus Auguſtus germanicus eo bello quo uictis hoſtibus cognomen
germanici meruit, q̃d falſo triũpharit teſtat̃ Cornelius tacit⁹ in vita Agri
colę, Inerat conſciẽtia deriſui nuꝑ fuiſſe falſũ e germania triũphũ emptis
per cõmertia quorũ habitus & crines in captiuorũ ſpeciẽ formarent, Inde
ꝙ de dacis germanię populis dicit̃ a Domitiano uictis falſe ex prędictis
dictũ deꝑhendit̃ Idẽ cũ ſuis in capitolio uictus a germanis atq; capitoliũ
exuſtũ eſt, nihilominꝰ laudat̃ ꝓpter capitolij res geſtas, & q̃dẽ ſupra æthe
ra, Martialis in quinto, Ad capitolini cœleſtia carmina belli Grande co
thurnati pone maronis op⁹, nõ igit̃ triũphis Ro. credẽdũ eſt, ad minus eñ
ſemꝑ aliq̃d mentiũtur, q̃d Strabo in iij. oſtẽdit his uerbis Polybius ccc. vr
bes celtiberorũ a Tiberio Graccho ſubuerſas eſſe memorię ꝓdidit, q̃d ri
cu comico Tiberij Gracchi gratia dictũ eſt ab eo q turres, vrbes appellat,
ut in triũphalib⁹ pompis fieri mos eſt, q̃d ab re nequaq; dictũ eſſe credide
rim, nã imꝑatores & rerũ geſtarũ ſcriptores ut ornatiora efficiãt negocia
ad hoc mentiẽdi genus eſſerũt, Hinc optime dicit Cornelius tacit⁹ ro. non
germanus, germanos magis triũphatos q̃ uictos eſſe, hoc eſt de illis triũ
phos & quidẽ falſos eſſe actos, nũq; uere uictos, q̃d ad ſingularẽ germano
rũ laudẽ, Cæſarũ uero infamiã nõ parũ facit, Claudius etiã dici germani
c⁹ uoluit qui nihil egregiũ in germania ęgit, ſed bene a germãis in impato
rẽ ſuffectus, ſicut & Vitellius qui & ipſe germanic⁹ dici uoluit, & filiũ ita
nomĩauit, nec Nerua laudẽ eſt a germania cõſecut⁹, nã ãte Traianũ ut Pli
ni⁹ in panegyrico oſtẽdit, cis rhenũ & Danubiũ aduerſa paſſi ſunt romãi,
& Cæſar ipſe licet magnifica ſcribat de rebus a ſe geſtis, in Britãnia tamẽ
paꝝ fecit, de q̃bus Cicero in epiſtola ad Quintũ fratrẽ de britãnicis inq̃t
reb⁹ cognoui ex tuis l̃ris, nihil eſſe q̃d metuam⁹, nec ꝙ gaudeam⁹, Et Cor
nelius in uita Agricolę, dicit primus omĩũ ro. diuus Iulius cũ exercitu Bri
tãniam ingreſſus, quãq; ꝓſpera pugna terruerit incolas, ac littore potitus
ſit, poteſt uideri oſtendiſſe poſteris nõ tradidiſſe, Et Panegyricus ad Ma
ximianũ dicit, Cæſarẽ hoc uno gloriari in expeditiõe britãnica debuiſſe
ꝙ nauigaſſet oceanũ, Inde dicit Pompeius apud Lucanũ in ſecũdo, Cæſa
rẽ fugiſſe britãnos dũ inq̃t, Territa quęſitis oſtendit terga britãnis, Qui
bus ex rebus credo res cęſaris cõtra germanos tenuiores, q̃ ipſe ꝑdicaue
rit, præſertim cũ & Aſinio pollioni & Ciceroni de ueritate ſuſpect⁹ fuerit
cæſar coętaneis, multo minus igitur credo titulis & triumphis recentioꝝ
cęſarũ, qui poſt Traianũ & maxime poſt Cõſtãtinũ ſibi germanici nomẽ
arrogauerunt, cum rebus florentibus Romani pari damno cum germa
nis belligerarint, de quibus reb⁹ opto xx. libros bellorũ Plinij quę Germa

nicũ Ro.geſſerũt,a ccedat tamen Cornelius teſtis qui Ro.tamẽ paucis uer‐bis germanorũ fortitudinẽ inuictamqꝫ animi magnitudinẽ nõ obſcure ꝓdidit ſexcẽteſimũ & xl.annum urbs noſtra agebat inquit cũ primũ cym‐broꝝ audita ſunt arma, Cecilio metello ac Papirio carbone conſ. Ex quo ſi ad alterũ impatoris Traiani cõputemus cc.ferme & x.anni colligũtur, tã diu germania uincitur medio tam longi ęui ſpacio multa inuicem damna non ſamnis,non pœni,non Hiſpaniæ Gallięue,ne Parthi quidẽ ſæpius ad mouere,quippe regno arſacis acrior eſt germanorũ libertas,quid em̃ ali‐ud nobis q̃ cedẽ Craſſi ammiſſo & ipſo & ipſe Pacoro infra uentidiũ de iectus oriẽs obiecerit? At germani Carbone & Caſſio & Scauro Aurelio Seruilio Cepione. M.quoqꝫ manlio fuſis uel captis quinqꝫ ſimul conſularis exercitus po.ro Varũ treſqꝫ cum eo legiones etiã cęſari abſtulerũt,nec im pune C.marius in Italia,diuus Iulius in Gallia, Druſus ac Nero & Germa‐nicus in ſuis eos ſedibus perculerũt,inde ocium donec occaſione diſcordię noſtrę & ciuiliũ armorũ expugnatis legionũ hibernis etiã gallias affecta‐uere,ac rurſus pulſi inde proximis tẽporibus triũphati magis q̃ uicti ſunt, Inde optime alludit Claudianus, Cedãt Druſe tui cedãt Traiane labores Veſtra manus dubio quicquid diſcrimine geſſit, Trans currẽs ęgit Stili co, & Baptiſta mantuanus ad Robertũ Seuerinatẽ, Sed neqꝫ te imbelles In di,molleſue Sabei,pigmei ue breues rapiũt uerũ accola rheni,gens durata gelu genus inſuperabile ferro, Quod toties romam,tum cum ditione pre mebat Europę libyæqꝫ urbes Aſiamqꝫ minorẽ,terruit,hĳ ſuperant Par‐thos Thracumqꝫ furores. Quos martẽ genuiſſe ferũt,hĳ ſpicula torquẽt, penthesyleea non inferiora ſecuri.

PROPTER SCRIPTORVM PENVRIAM GERMANORVM res pręclariſſime geſtę uenerũt in obliuionẽ, Romanorũ aũt creuerũt ꝓp‐ter adulationes & mẽdacia ſcriptorũ. ¶ Caput decimum

Cum igitur nullũ ſcriptorẽ uernaculũ habeamus nos Germani,qui res noſtras immortalitati cõmendaret,quas tãtum colligere cogimur ex illis hiſtoricis qui nunq̃ nos ex propoſito laudãt,dũ ſemper partẽ aduerſam fouerint,cui dubium res noſtras fœliciter & fortiter geſtas fuiſſe illuſtriſſi mas & ampliſſimas,ſi tẽpore rerum geſtarũ noſtri illas in cõmentarios ſal tem redegiſſent,præſertim cum obiter hinc Inde ex ſcriptoribus alienige nis non pauca inueniamus,unde germani ſint laudatiſſimi,proinde ſi athe nienſium ut dicit Saluſtius res geſtæ ſatis amplæ magnificæqꝫ fuerunt ue rum aliquanto minores q̃ fama feruntur,ſed qa qꝫ ꝓuenerint ibi ſcriptorũ magna ingenia per terrarũ orbem athenienſiũ facta pro maximis celebrã tur,qꝫ eorũ qui ea fecere uirtus tanta habeatur,quantũ ea urbis potuere ex tollere præclara ingenia optime intelligitur res Gręcoꝝ & Ro. haberi am pliores ſcriptorũ copia q̃ ſint,noſtras uero multo minores dũ nemo illas non dico extollere & magnificare,ſed ne pro meritis quidem narrare ſtu

duerit Qua in re cõſolatur me qui idem conqueritur contra Appionem
grãmaticũ alexandrinũ Ioſephus. Græcos uero & Ro. inquit qui militiã
ſecuti non ſunt, figmẽtis, & adulationib⁹ captos res geſtas neſcire, atcꝫ hi
ſtorias auſos eas inſcribere, ꝗ præter hoc quod nihil ſanũ referũt, etiam de
propoſito decidiſſe, nam dum Ro. uolunt magnos oſtendere Iudęorũ (&
ego addo pariter aliorũ) res extenuant, & in humilitatẽ deiiciunt, Qui ue-
ro prę́ſto fuerint. aut Romanorũ obſequio, aut odio, Iudęorũ atcꝫ externo
rũ cõtra fidẽ rerũ falſa cõfirmaſſe, ſcriptis aũt eorũ partim accuſationẽ
partim laudationẽ cõtineri, nuſcꝫ uero exactã fidẽ reperiri hiſtorię, Alios
item non ꝗ rebus interfuerint, ſed uana & incõgrua narrantiũ ſermonib⁹
auribus colligẽtes oratorũ more perſcripſiſſe, ex quibus omnibus relinꝗ
iudicio eruditorũ quanta iniuria rebus noſtris fuerit facta, per eos qui adu
lationibus ſtudentes mendaciter facta noſtra extenuauerunt. Et ut dicam
quod ſentio, tanta impudentia fabuloſiſcꝫ figmẽtis effundũtur paſſim om
nes fere hiſtorici tam ueteres ꝙ recẽtiores, ut nullo certo auctore (ut utar
uerbis Catonis) aut ratione, ſed per ſolam inſaniam fabulẽtur, adeo, ut nu
per quidam doctus uir mihi dixerit, omnes hiſtorias tam Græcorũ ꝙ Ro
manorũ ſibi uideri nec aliter habendas niſi fabulas, de græcis eorũcꝫ fabu
loſis hiſtorijs adeo conuenit, inter latinos, ut & poeta Iuuenalis dixerit fa
bulas, quicquid Græcia mendax audet in hiſtoria, de latinorũ quis dubitet
fabulis, cum Titus Liuius, & Cæſar præcipui inter hiſtoricos grauiſſimis
uiris uideãtur multa parum integra ueritate in ſuis libris perſcripſiſſe Phi
loſtratum Euſebius fabuloſiſſimũ, Cornelium Tacitum Tertulianus mẽ
daciſſimũ uocat, ille ipſe Corneli⁹. & Oroſius, & Strabo & Ioſephus mul-
torum latinorũ mendacia redarguũt. Vopiſcus dicit neminẽ hiſtoricum
non aliquid mentitum eſſe. De recentioribus ego plus ꝙ uno in loco locu
tus ſum, Itali omnes fere recentiores & præſertim Veneti de germanorũ
populis & geſtis ſcribentes fabulantur, & ipſe Sabellicus homo doctus &
quem ego alioqui admiror & colo, in reb⁹ germanicis ſiue fauore, ſiue ꝙd
magis credo, aliorum temerariæ iactantiæ futilibuſcꝫ prædicationibus in
dulgens, ſæpe multum errat a re geſta, & pręſertim in bello ducis Sigiſmũ
di auſtriaci contra Venetos, in quo Veneti omnibus in locis, atcꝫ cõgreſſi
onibus ceſi atcꝫ profligati prædicantur ab illo rerum proſpere geſtarũ,
de quibus rebus alibi plura ſcribam.

## BONIS ANIMI ET CORPORIS GERMANI CVNCTIS NATIONIBUS EXCELLUNT, & PRIMŨ FIDE.

BONIS ANIMI ET CORPORIS GERMANI CVNCTIS NA
tionibus excellunt, & primũ fide. ¶ Caput Vndecimum

Si igitur ſcriptores rerum ex adulatione aut odio maxime ſcripſerunt,
ut oſtendi ex Ioſepho, qua laude celebrãdi ueniunt Germani, ſi ex illis ipſis
eorumcꝫ teſtimonio, non uernaculorum, bonis animi & corporis cunctis
gentibus præſtitiſſe prædicabuntur, quis non laudandos exiſtimet; quis

non cunctis mundi nationibus anteponet? Loquantur igitur externi & primum quae Germanorum fides fuerit explicent, ſi prius dixero illis magnam fidem haberi qui cuſtodes ſoli, & prae caeteris caeſarei corporis habētur, hos enim habuit Auguſtus ad cladem uſq; Varianam, hos caeteri, Suetonius de Galba. Item germanorū (inquit) cohortem a caeſaribus olim ad tcuſtodiam corporis inſtitutam, multiſq; experimētis fideliſſimā diſſoluit ac ſine ullo commodo remiſit in patriam, Idem de Claudio germanorū legatis in orcheſtra ſedere permiſit ſimplicitate eorum & fiducia motus, dicebant enim legati ut eſt apud Cornelium Tacitum, nullos mortalium armis aut fide ante germanos eſſe, quod comiter a uiſentibus exceptū, hic autem dicit non de Claudio ſed Nerone. quod rem nihil ledit Cai Caligulae (ut dicit Suetonius & Ioſephus libro xix. antiquitatū) Corporis cuſtodes germani, non nullos ex percuſſoribus illius, quoſdam etiam ſenatores innoxios interemerunt Agrippina mater Neronis cuſtodes corporis germanos habuit, ut dicit Cornelius & Aurelius Antonius (ut dicit Herodianus) & ut idem dicit Maximinus potiſſimum fidei germanorum confidebat, quos ſolos ꝓpter ſummam fidelitatē percuſſores illius uindices timebant Cum etiam omēs milites & natiōes recederēt a Vitellio ſoli germani ad finem uſq; uitae fideles manſerunt. Ita etiam cum Galba ꝫgerunt, quem cum per tumultum iugulandum audirent, ſoli ex omībus militibꝰ ut dicit Suetonius in auxilium aduolauerunt, ſed ſerius itinere deuio per ignorantiam locorum retardati, ultimi receſſerant etiam a Nerone ut dicit Tacitus Caratalla etiam imperator a quodā Martiale occiſus per germanos ſuos equites uindicatus eſt, percuſſore m ē fugam molientē multis uulneribus confecerūt, illis uſi ſunt & alij, unde non obſcurū eſt fide germanos ante omnes mortales fuiſſe, ſicut & hodie ſunt Romae apud cardinales, quibus plus confidunt q̄ uernaculis.

## GERMANI ANIMI MAGNITVDINE ET FORTITVdine cunctis gentibus excellunt, auctoritate illuſtrium ſcriptorum

### ¶ Caput Duodecimum

Seneca libro primo de ira, Germanis quid eſt animoſius, quid in curſu acrius? quid armorum cupidius? quibus innaſcuntur innutriunturq;, quorum una illis cura eſt, in alia negligentibus, quid induracius ad omnem patientiam? ut quibus magna ex parte non tegimenta corporū prouiſa ſunt, non ſuffragia aduerſꝰ ꝑpetui coeli, rigorē. Idē de breuitate uitę dicit germanos ferociſſimas gentes, & libro ſexto naturalium, auidam gentem belli Cornelius libro uiceſimo. Germani lęto bello gens. Cicero in oratione de prouincijs conſularibus contra Piſonem dicit acerrimas germanorū nationes. Vopiſcus germanos omnium gen

tium ferociſſimos uocat Titus Liuius bellicoſos teutones Lucanꝰ dicit Albis & indomitū rheni caput. Hieronymus ad Suniam & Fratellā bellicoſa germanorū pectora uocat, Oroſius germanos fortiſſimas natiões li vi. & Galli apud cæſarē libro primo ita loquūtur de germanis, qui ingenti magnitudine corporū germãos incredibili uirtute, atq; exercitatiõe in armis eſſe pręd:cabãt, ſępe numero ſeſe cum his cõgreſſos ne uultum quidē atq; aciem oculorū ferre potuiſſe, & in eodē libro Ario iuſtus rex dicit cęſarē intellecturū quid inuicti germani, exercitatiſſimi in armis uirtute poſſent Agrippa ad Iudęos ut ſcribit Ioſephus, quis ueſtrum (inquit) non audiuit multitudinē germanorū, uirtutē quoq; & magnitudines corporū ut arbitror ſæpe uidiſtis, ſed illi quidem ita ingentē ſpacijs regionē incolentes ſpiritus autē maiores corporibus gerentes & animā quidem cõtemptricem mortis, indignatiões aūt uehemētiores feris &c. Ioſephus li. xix. antiquita. dicit germanos impetu primo quibuscūq; cõgreſſus hoſtibus pręualētes Ioſephus libro. ij. de bello uos ne ditiores gallis: fortiores germanis. Cornelius li. xix. duces Veſpaſiani germanicarū legionū uim extollebãt, & famam in eodem ſimul uirtus germanici exercitus extollebatur

GERMANI APVD RO. SEMPER IN PRIMA ACIE CONSTItuebantur. ¶ Caput Tredecimum

Singulare argumentū eſt fortitudinis germanorū q ro, ſemper illos in prima acie contra hoſtes locauerūt, ut puta inuictos & qui pre cæteris fortiſſime inimicorū impetū ſuſtētarēt atq; infringerēt, ita fecit cæſar in Hiſpania contra Afraniū primos trans flumen Sicorim germanos contra hoſtes mittit. Teſtis eſt liber eius primus de bello ciuili. & Hirtius in additiõe gallici belli cæſar germanos equites ſummę uelocitatis homines ad caſtra hoſtiū pmittit Maximinꝰ etiā impator ut ait Herodianꝰ li. viij. Germanos auxiliares aſciuerat. quoſq; etiā precipue hoſtibus opponere conſueuerat. ut primos ſcilicet impetus exciperēt feroces audaceſq; initio pugnæ uiri. Ecce cum quibus prius dura pręlia & ancipitia geſſerat, nunc expertos in amiciciam recipit, atq; in primā aciem cõſtituit, quoniā audētiſſimos eſſe nouit. Et Cornelius li. xix. Sido atq; Italicus ſueui reges cum delectis popularium primori in acie uerſantur, dum contra Vitellianos Veſpaſiani duces pugnabant.

GERMANI ROBOR, E PROCERITATE ATQVE PVLCHRItudine corporū, cūctis gētibus antecellūt ¶ Caput xiiij.

Columella li. iij. agricul. loquens de natura. Germaniā inquit decorauit altiſſimorū hominū exercitibus, ſed & alias gentes non in totum defraudauit, pręcipue ſtaturę uiris & nuper ipſi uidere potuimus iudeę gētis procerioré celſiſſimo Germano M. Manilius li. iiij. aſtronomicon. Flaua per ingentis ſurgit Germania partus Egeſippus li. de germanis, qui magnitudine corporum & cõtemptu mortis cæteris ualidiores, Cornelius in xx. ger

manos fluminibus ſuetos leuitas armorũ & ꝑceritas corporũ attollit. Et cæſar in primo ingenti magnitudine corporũ dicit eſſe germanos, & Tit⁹ ad Iudęos teſte Ioſepho libro vij. de bello. ſed uiribus corporũ freti, at qui ſcitis nobis ſeruire germanos Ioſeph⁹ li. xix. antiqui. dicit germanos robuſti corporis gentẽ, Hieronymus in uita Hilariõis de quõdam Franco germano, namq; candidatus Conſtantii imperatoris rutilus coma, & cãdore indicãs prouinciã, Idem ad Suniam & Fretellã germanos Getarũ rutilus & flauus exercitus eccleſiarũ circũfert tentoria. Herodian⁹ dicit nuda germanorũ in bello capita & pręgrandia corpora Egeſippus dicit germanos magnitudine corporũ & contemptu mortis cæteris ualidiores Iulius Firmicus germani candidi Pomponius mela de Germania. Qui habitãt immanes ſunt animis atq; corporibus Solinus de eadem terra frequens populis numeroſis & immanibus. Hirtius in additione gallici belli, germanos equites ſummæ uelocitatis homines ad caſtra hoſtium pręmittit cęſar, Immaniſſimas germanorũ gentes dicit Cicero contra Piſonem

GERMANI FVERVNT LIBERI SICVT HODIE SVNT ¶ Caput decimumquintũ

De libertate germanorũ non eſt opus multa dicere, propterea ꝙ ex ſuperioribus conſtat rhenum ſemper fuiſſe limitẽ ro. imperii ſi optime cum ro. agebatur, germaniq; quieti intra ſuos fines remãſerint, quod raro ſub pauciſſimiſq; imperatoribus contigerat, & ꝙ tam formidabiles ro. fuerãt illoſq; imperatores ro. tam delicate fouerant, nihilominus & ſcriptores libertatẽ maiorũ produnt, & pręſertim Tacitus qui ait, regno Arſacis acrior eſt Germanorũ libertas, & Tencteri germani apud eundem ad Vbios in hunc modum loquũtur, rediiſſe uos in corpus nomẽq; Germanię, communibus deis ſed pręcipuo deorũ Marti grates agimus, uobiſq; gratulamur ꝙ tandem liberi inter liberos eritis, Idem teſtatur Batauos ꝗuis nobis tranſrhenanos tributorũ expertes, quibus rebus poſſumus non obſcure intelligere Germanos tranſrhenos a ro. in amiciciã non ſeruitutem receptos. & Egeſippus dicit fluẽta rheni uſq; ad mare liberas gẽtes inhabitaſſe

GERMANI NOBILISSIMI ¶ Caput xvi.

De nobilitate non plura dicã, propterea ꝙ Cãpanus eam rem pulcherrime ſit executus, dicam tamẽ omnes fere totius Europæ non modo nobiliores, uerum etiã regum familias e germania ortũ auſpicari, nec poſſum ſatis ridere quorundã germanorũ neſcio uanã arrogãtiam an imperitiã dicam, qui dum ſe nobiles oſtendere uolũt (cõfiſi cuidã non dico hiſtoriæ ſed fabulę quæ ſueuorũ nobiliũ originẽ mentitur a Curio imperatore qui nullus unq; fuit) ad Romanos ſuam originẽ referũt, nam nulla familia eſt in tota Germania, quæ ut multos dicam octingentos annos ſuam familiã duraſſe probare poſſit (ſcriptorum atq; monumentorum inopia) intra q̃s annos & ultra etiam non ſolum nulla nobilitas romę fuit, uerũ etiam col-

luuies ex diuerſis nationb⁹ ſine dignitate,auctoritate & nobilitate & plus
ſerui ꝗ liberi dicendi,immo ſeruo ſeruorum ſubiecti,atq; hij qui ex Ro-
ma ad nos ducti ſunt,captiui fuerunt,nulloq; honore dignati, eo.ꝙ prop
er aliquod facinus prauum fuerint relegati,quare Italorum illuſtriſſimę
etiam hodie & patrum noſtrorum memoria familiæ nobilitatem germa
norum ſcientes omnes fere nobilitatem ſuam trahere uolũt ex germanis,
Aut ſi ad antiquiſſimos Romanos aſcenderis,inuenies auctores.Ro.latro
nes & prędones,ſi ulterius ad ęneam & Troianos,inuenies eos qui incolu
mes a troiano incẽdio ſuperfuerũt fuiſſe proditores.Si uis igit͠ Germane
tuos maiores eſſe nobiliſſimos,nõ eos ad Romanos referas,apud quos nõ
tam natalium claritudo,ꝗ uirtus hominum humilimorum locũ habuit,
Sed ad ueteres germanos apud quos ſolos ſyncera eſt nobilitas,& fuit eti
am antiquiſſimis temporibus,a quibus ſi te propagatum eſſe declaraueris
nobiliſſimum iudicabo.Ante enim natiuitatem Chriſti tantus fuit reſpe-
ctus ſyncerę natiuitatis,ueteriſq; propaginis nataliumq; clarorum,*qualis*
hodie,quod alijs gentibus non contigit, quæ mores & nobilitatẽ forſan
melius & fœlici⁹ inſpicere conſueuerũt.

## GERMANIA CVLTA ET FERTILIS ¶Caput xvij.

Cornelius Tacitus.Seneca,alijq; non nulli ſcriptores.Germaniam bar-
baram terram ſterilem infœcundamq; omnino ſcribunt,triſtem,& incul-
tam,Quam ſi hodie uiderent nihil illa cultius dicerent .Cuius ſi primum
homines uiderent,cultoſq; mores religionemq; coniunctam cum huma-
nitate & eruditione, dicerent commutato ordine Græciam in Germaniã
commigraſſe,ſed non eſt præſentis loci multa de his rebus loqui,cũ alibi
fecerim,ſi urbes,arces & ædificia,nihil illis pulchrius,magnificentius atq;
munitius iurarent.Agri autem germanici & ſegetum omnigenarum tã
ta fœcunditas ut nihil ad cereris & uini uſum deſit omnino,Terra ſine no
xijs ſerpentibus,beſtijſq; uenenatis,herba copioſiſſima campiq; maxime
paſcui.Vnde mitium pecorum multitudo innumerabilis educitur,ſiluæ
etiam omnis generis arborum non parum oportunitatis ad omnia opera
& ædificia conferunt,adeo ut culta om̃ia atq; inculta uel ſint fructibus ple
na,uel gregibus opportuna ut nulla pars terrę neq; inuia ſit neq; ab uſu ho
minum remota,ſed operoſa ſint omnia & utilia,habetq; regio ipſa nõ uno
in loco latices calidarum aquarum ſanandis morbis opportunos,omnis
item generis metallorum fœcunda.& ut in ſumma dicã,nihil in ea uel aſ-
perum uel triſte uel inuium,ſed omnia culta aperta florentia,atq; ideo cæ
teris regionibus fœlicior,ꝙ neq; ſit Auſtrinis obnoxia feruorib⁹,neq; ar
ctois nimiũ ſubiecta frigoribus,ut neq; noxio atq; peſtifero calore,in ęſta
te cõficiatur,neq; aſperiori hyemis gelu tabeſcat,ſed media quadã tẽperie
atq; clemẽtia aeris iuſtã ꝓbeat & ſalubrẽ homĩbus habitationẽ.& licet ar-

ctoo plus exponat̃ frig⁹,tamē tolerabile eſt & hinc multo ſalubrior,inde
corporib⁹ hoim & ꝓpagādis gentibus aptior,q̄ꝫ meridionalis regio,quæ
q̄ eſt vicinior ſolis feruori,eo plus morbis redundat peſtiferoq̄ꝫ aere

## DE ANTIQVITATE GERMANORVM ¶ Caput xviij

Ioſeph⁹ Iudeus reſpōſurus Appioni grāmatico Alexādrino dicit de
vetuſtate iudeorū nihil eſſe ſcriptū,q̄ꝫuis oim uetuſtiſſimi ſint,ob eā rē ꝙ
iudei neq̄ꝫ maritimam regiōem habitēt,neq̄ꝫ mercimonijs ſe exercuerint,
q̄rū cōuerſatio cū grecis remotior fuerit,nihil offerebat̃ in āti q̄s tēporib⁹
q̄d ꝑmixtionē grecorū illis faceret,ſicut egyptijs mercimonia,q̄ ab eis re
ijciūt̃,& ad eos rurſ⁹ introducūt,Atq̄ꝫ hoc idē circa Europā cōtigiſſe,quā
do de romanorū ciuitate tā lōgo tēpore adepta poteſtate tantaſq̄ꝫ cauſas
belli cōficiēte,neq̄ꝫ Herodot⁹ neq̄ꝫ Thucydides,nec ullus q̄ fuit cū iſtis fe
cit aliq̄ꝫ mētionē,ſed ſero tandē et uix ad grecos potuit eorū cognitio ꝑue
nire ,de Galathis em̄ & Hiberis ſic ignorauere,hi putāt̃ ſubtiliſſimi cōſcri-
ptores,quorū eſt Ephorus ut unā ciuitatē eſſe arbitraret̃ hyberas,qui tan
tā partē heſperię terrę noſcunt̃ inhabitare ,q̄modo ergo mirari decet,ſi
neq̄ꝫ noſtra gens plurimis erat certa,neq̄ꝫ ad ſcribendū de ſe aliq̄ꝫ dedit oc
caſionē,hec ille,Cū q̄ ego pariter dicere poſſū ſi romani ꝓpiores(taceo de
gallis & hiſpanis )fuerūt ignorati a grecis , quāto magis noſtros non cele
bratos a grecis credendū,ꝓpterea ꝙ neq̄ꝫ mercimonijs illos adiuim⁹,neq̄ꝫ
maritimā regionē habitamus,niſi forſan Cymbri germani quorū ꝓpte
rea res clariſſimę ſūt & uetuſtiſſimę ,celebratę nō tā a Strabone & Plutar
cho q̄ꝫ Ariſtotele atq̄ꝫ ipſo etiā Homero,q̄rū res geſtas uetuſtas atq̄ꝫ expe
ditiōes in diuerſas regiones Strabo plurib⁹ in locis commemorat,adeo ut
grecos olim gallos,Boios,Illy ricū ,Romanos,& Hiſpanos uicerint,Hæc
gens em̄ ut Strabo inq̄t diu ſecūdis reb⁹ olim uſa eſt,& ut idē dicit,Cym
merij q̄ a grecis ita dicunt̃, a nobis cymbri olim potentiā in Boſphoro
maximam habuere,a quibus & cimmericus Boſphorus appellatus eſt,
militię ſuę monumenta relinquentes,qui & militiā agitauere uſq̄ꝫ ad meo
tida paludem,atq̄ꝫ traiecto etiam Boſphoro ad Ioniā uſq̄ꝫ terrā decurſa
runt,ſardibus captis & magnetū gente a treribus quę etiā gēs eſt cymbro
rū fūditus deleta,hęc multo ante vrbē conditā facta ſunt Tandē romāis
florētib⁹ ut dicit Liuius li.lxiiij.Cymbri gēs uaga populabūdi in Illyricū
uenerūt,ab his Papiri⁹ Carbo cōſul cū exercitu fuſus eſt,& libro lxv.Ma.
Iunior ſillanus conſul aduerſum cymbros infœliciter pugnauit legatis
cymbrorum ſedē & agros in quibus conſiſterent poſtulantib⁹ ſenatus ne
gauit, Et libro lxvij.C.Aurelius Scaurus legatus Con.a cymbris fuſo ex
ercitu captus eſt & occiſus ab ijſdem, C.Manlius & Q.ſeruili⁹ cepius pro
con.victi prelio caſtriſq̄ꝫ binis exuti ſunt octingenta millia militum occi
ſa calonū um ac lixarum quadraginta millia Cymbri item uaſtatis

om̄ibus q̄ circa rhodanū & pyreneū ſunt per ſaltū in Hiſpaniā trāſgreſ
ſi, ibiq́ꝫ multa loca populati a celtiberis fugati ſunt, reuerſiq́ꝫ in galliā belli
coſis quidē ſe teutonis cōiunxerūt, Cęſar itē in primo li: cōmentariorū &
ſeptimo dicit, cimbros totā olim galliā occupaſſe (exceptis Belgis q eos
ſuis finibus ꝓhibuerūt ut dicit Cęſar) galloſq́ꝫ in oppida cōpulſos, tantā
inopiā paſſos, ut eorū corporib⁹, qui ętate ad bellū inutiles uidebant uitā
tolerauerint, Iterū Liuius li. lxviij. Cimbri repulſo ab alpib⁹ fugatoq́ꝫ Q.
catulo procon, qui fauces alpiū obſederat, & ad flumen athesim caſtellū
editū inſederat, reliquerat ubi uirtute ſua explicata fugientē procon. exer
citūq́ꝫ ꝑſecuti in italiam traiecissent, tandē iūctis eiuſdē Catulli atq́ꝫ Marij
exercitib⁹ uicti ſunt Romę etiā Tarquinio Priſco regnāte, ut dicit Liuius
li. v. primę decadis alia manus germanorū ueſtigia priorū eodē ſaltu, fa-
uēte belloueſo cū tranſcendiſſet alpes, ubi nūc Brixia ac uerona urbes ſūt
loca tenuerūt, Brixiāq́ꝫ a germanis conditā, vult Liuius Policratuſq́ꝫ ber
gomū, ubi alij gallos ſenones dicūt q̄s ſueuos germanos dicere debuerāt,
ut poſtea probabo, Ex quib⁹ quidē uerbis Liuij ego non obſcure colligo
ſenones ſueuos & cimbros germanos una cū gallis romā incendiſſe, atq́ꝫ
poſtea in gręciā tranſiſſe, germani em̄ illi ſecuti ſūt illos quos gallos ſenōes
dicūt, ante em̄ nec germani in Italiā tranſcēderūt, adeo ut nō bene diceret
Liuius ueſtigia priorū ſecutos germanos in italiā ueniſſe, ſanis igitur & ir
refragabilib⁹ perſuaſionibus oſtēdā illos ſenones fuiſſe ſueuos & germa
nos & cimbros, Nā Cimbri pręſertim Mediterranei & ſenones nō longe
a ſe inuicē ſedes habuerūt, nā ut dimittā alias rationes quas dixi in oratiōe
ad Maximilianū Cęſarē, ſi unū diui Hyeronymi teſtimoniū adduxero,
q dixit galathas ꝓpriā linguā eādē pene habere q̄ Treuiros, ſi hoc uerū
q̄s neſcit fuiſſe germāos? dū Ammianus Marcellinus qui lōge ante Hiero
nymū ſub Iuliāo floruit Coloniā Agrippinā & Treuerim germanos ur
bes germanię prodiderit, Accedat etiā teſtis Diodorus ſiculus gręcus lib.
vi. Tradūt (inquit) eos qui priſcis tēporibus omnem ferme Aſiam diſcur
rentes Cimerii dicebātur, ipſos eſſe qui paulo poſt corrupto nomine Cim
bri ſunt appellati. Iam priſco more dant latrociniis operam, rapientes ali-
ena, cæteris omnibus contemptis, hi ſunt qui roma capta cum delphici
Apollinis templū ſpoliaſſent, magnā Europę partē nō paruam Aſię tribu
tariam fecere, agris eorū quos ſubegerant poſſeſſis, qui in græciam tranſi
erunt gallo gręci ſunt nominati, poſtremo plures magnoſq́ꝫ romanorum
exercitus attriuerunt. Concordat Diodoro Lutius florus inquiēs, galli Se
nones quondam ab ultimis terrarū oris cum cingerētur omnia oceano in
genti agmine profecti. præſertim cum & alibi dicat Cimbros atq́ꝫ Teuto
nes ab extremis gallię profugos, cum terras inundaſſet ocean⁹, ueniſſe, ex
quibus uerbis hic Cimbros, illic Senones gallos ex inundatione oceani &
ex ultimis oris eandem gentem intelligere poſſumus, pręſertim cum etiā

hic ex finibus Gallię cimbros & Teutones uenire dicat, nec obſtat ꝙ dicũt
gallos & nõ germanos, Nam ut dicit Volateranus, ga llos oĩnis ac germa
nos uno uocabulo ueteres græci celtas romani gallos uocauere, Nam &
germaniam comatã galliam dicebãt, inſuper cum græcis tẽpore Senonũ
tranſitus in eorũ prouinciã, nec germania, nec gallia fuerit cognita ut ſu-
pra etiã Ioſephus innuere uiſus eſt, nominauerũt illos gallos uel galathas
ideſt candidos & albos, a colore enim illos nominauerũt, ut omnes ſcrip
tores conſentiũt, qui aũt plus ꝗ germani galli hoc eſt candidi dici merean
tur, nouerunt pueri, dum hodie inter francigenas olim ex germania profe
ctos monſtri loco habeatur albus francigena, & hoc adeo uerum eſt, ut cũ
ſequẽtibus tẽporibus galli priores uel potius germani in Græciã profecti
colore ſimiles eſſent germanis, quos græci iam nouiſſe ceperſit, dixerunt
noſtros germanos quaſi fratres gallorũ ſiue galatharũ ꝓpter colorẽ & cor
porum proceritatẽ, ob candorẽ eñ Diodorus ſiculus germanos galathas
uocans li. vi. inquit. Rhenus quẽ noſtris diebus C. cæſar põtibus miro mo
do iunxit pedeſtribuſq; copiis traductis galathas ultra Rhenum habitãtes
in poteſtatẽ redegit, ſed & latini propter ꝓpinquitatẽ gallorũ etiã germa
nos uocitauerũt gallos, Nam Oroſius dicit li. v. C. Manlius & Q. Cępio
procon. aduerſus Cimbros & Teutones tigurinos & ambronas gallorũ
gentes miſſi ſunt, Et Florus dicit ut ſupra oſtẽdimus. Cimbros & Teuto
nas omniũ teſtimonio germanos ab extremis Galliæ profugos, cum ger-
manis ſi proprie loqui uoluiſſet dicere debebat. Et Saluſtius in Iugurta. di
cit per idem tempus aduerſum gallos ab ducibus noſtris P. Cepiõe & M.
Manlio male pugnatũ eſt, quos palã eſt uictos & fuſos a teutõibus & Cim
bris nõ gallis. Inde dicere debuit cum germanis. Ro. pro ſalute nõ pro glo
ria certare, niſi nomina cõmiſceret &c. præterea Strabo argumentũ relin-
quit Brennũ gallorũ ſiue ducem ſiue regem non fuiſſe gallum, Brennum
a quibuſdam Prauſum appellitatũ. At enim (ut inquit) neq; Prauſos ipſos
quas terras prius habitarint dicere poſſumus. nec credo ut finẽ faciã Got-
fridum Viterbienſem chronocarium nulla ratiõe uel auctoritate ſuffultũ
tam aperte Brennum & ſenones Sueuos dixiſſe, non aũt opus eſt memo-
rare res geſtas Brenni & Senonũ, quas tot ſcriptores ſuis complexi ſunt li
bris, dicam tamẽ illos in Italiã ueniſſe Ro. apud aliam uiciſſe. Romã incen
diſſe, & una gentis portione in Italia dimiſſa illyrios peragraſſe Pãnonios
ſubiugaſſe, Græciam atq; Macedoniã deuaſtaſſe, ſpoliato etiam famatiſſi
mo delphico Apollinis templo in Aſia, tandem aliquas cõſediſſe ſeq; gal-
logræcos nominaſſe, propter commixtos inter eos græcos, ſenones autem
ut alias dixi galli a ſenonibus Sueuis, ſicuti plærinq; galli a germanis nomẽ
accepiſſe uidentur.

## CAPVT XIX. FRANCI, BVRGVNDIONES, GOTTHI Vandali, Gepidę, Rugi, Heruli, Turcilingi, Longobardi, Normāni, Picti Quadi, Scoti, Angli, Sueui, Saxones, omnes Germani ſunt, contra fabu-las quorundam

¶ Germāia & tota plaga ſeptētriōalis, q̃to magis abeſt a nimio ſolis feruo
re, tanto eſt ſalubrior animātibus, atq; ꝓpagādis homībus aptior, atq; la
borioſior, pulchritudiniq; corporū atq; ꝓceritati cōueniētior, ſicuti ecōtra
rio, regio meridionalis ab nimio ſolis ęſtu, peſtilens, gignēdiſq; hominib⁹
min⁹ idonea, unde fit, ut dicit Regino monach⁹ ut tātę populorū multitudi
nes arctoo ſub axe oriātur ut nō immerito uniuerſa illa regio Thanai ten⁹
uſq; ad occiduū, licet et ꝓprijs loca in ea ſingula nuncupātur noibus, gene
rali tamē uocabulo Germania ſæpe nominetur. Multę quoq; pro eo ꝙ tā
tus mortaliū prouentus in ea germinet, quātos uix alere ſufficit, frequēter
gētes eius ſint in exteras terras progreſſę, quę nō minus Aſiam & Africā
q; Europā uarijs tēporib⁹ & locis afflixere Teſtātur hoc urbes ubiq; in Eu
ropa dirutę per totū illyricū Galliāq;, ſed maxime miſeræ Italiæ quę pene
illarū omniū eſt gentiū experta ſeuitiā, ut idē monachus teſtatur, uixit aūt
circa annū domini m.cccc. & ij. qui nō obſcure oſtēdit has omes gētes Got
thos, Vandalos, Alanos, Gepidas uel gipedes, Rugos, Herulos, Norman
nos, Turcilingos. Lōgobardos. Sueuos, Saxones omes origine eſſe germa
nos &, Beroſus Hunū a quo Huni ueniūt in arbore germanorū ponit, nec
obſtat ꝙ plurimi ſcriptores gręci & latini ex Scythia aliquos ꝓgreſſos nar
rent, Primū quia teſte Strabone in ſeptimo libro romanis etiā rebus florē
tibus, multo magis græcis Germania trans albim omnino incognita fuit
adeo ut Gotthos Lōgobardos & alios ex Scādinauia, Gotthia & alijs locis
apud Ro. incognitis uenientes ex Scythia, ideſt ex terra romanis incognita
ueniſſe credāt, maxime cū in Germaniā teſte Plinio Scythia uſq; quaq; ex
currat, ut in iiij. teſtis eſt dicēs Scytharū nomē uſq; quaq; trāſit in ſarmatas
atq; germanos, ſed hac potiſſimū cauſa decipiūtur ſcriptores recentiores
dū ex Scythia egreſſos dicāt, quod græci ſcriptores teſte Strabone in un-
decimo uniuerſos ſeptētrionales olim ſcythas & celtoſcythas appellabāt,
Sunt igitur germanę quas dixi gentes, de burgūdionibus ac Vādalis nul
li eſt dubiū, qui ſaltē Pliniū & illuſtres hiſtoricos legit, de alijs etiā non eſt
apud eruditos dubiū, niſi de Francis, gotthis, & lōgobardis, de quib⁹ nūc
luculentius loquar, Primū ut de gotthis loquar Tacit⁹ ante omes in hiſto
ria germanica gotthinos in germanis ponit, ſicut hodie Gotthia ſiue Got
landia eſt inſula maris germanici, & Ablauius gotthus genus ſuū ex inſu
la germanici maris prodijſſe narrat Atq; Iordanus gotthus hiſtoricus ex
Stādia gotthos exiſſe refert, in qua mirę magnitudinis inſula teſte Plinio
Gotthia & aliæ inſulæ repoſitę ſunt, ꝙ ſi quis dicere uellet gotthos ante ge
tas dictos nihilominus germanos diceret, quod Hieronymus ꝓbat ad Su
niā & Fretellā, dicēs uere in uobis apoſtolicus ſermo & ꝓpheticus cōple-

tus eſt in omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ, quis hoc crederet ut barbara getarũ lingua hebraicã quęreret ueritatẽ, & dormitãtibus immo cõtendẽtibus gręcis noſtra Germania ſpiritus ſancti eloquia ſcrutaretur, lõgobardos ego alibi dixi ex ſueuis deſcẽdiſſe, q̃ Cornelius Tacitus eos inter Sueuos ponat ſicut & Anglos, alij autẽ noſtrates ſcriptores ex Scandia ſiue Scãdinauia ueniſſe uolũt, & prius Vuimulos fuiſſe dictos, a lõgis aũt barbis ut hodie Germanus dicit lõgobard, longãbarbam nomẽ accepiſſe. Vnde Guntherus Alemãnus li. ij. de geſtis Fœderici cęſaris loquẽs de lõgobardis, Hanc olim bello quã ſtanzia miſerat hoſtis, Dicit̃ a lõgis ea Lõgobardia barbis. At Sueui ueteres nõ lõge a Scãdia ſuos fines habuere, q̃ igitur ex germanis uenerint Tacito noſtratibusq̃ chronocarijs, ꝑdentibus nemo hactenus repugnauit, niſi nunc quidã ponticus atq̃ Calepinus uocabularius qui dicit mixtã eſſe gentẽ ex lingõibus germanis & bardis gallis non a lõgis barbis, ut ſolẽt docti uiri ridere, ut dicit Calepinus. Vnde hæc ſomnia precor? unde hallucinatiões? qua auctoritate ſuffulti? quis unq̃ audiuit lingones in Germania fuiſſe Gallię celticę gentem, aut quis audiuit aliquã feciſſe expeditionẽ, uel coniũctos bardis gallis, uel quis neſcit lõge ante auditũ nomẽ lõgobardorũ in Italia & exteris excurſiõibus, bardos fuiſſe extinctos, nomẽq̃ totũ obſoletũ, quę ratio eos adduxit in hunc errorẽ, anilẽq̃ illã & friuolã perſuaſionẽ contra opinionẽ omniũ ſcriptorũ, niſi nimia arrogãtia ut cõiecturare licet, qui ꝑfecto ut uideãtur in indagãdis literis ſubtiles cẽſores nõ dubitãt ſomniare uel augurari meras fabellas, atq̃ pro ueris aſtruere, Inde non probatur quorũdam Italorũ (quorũ nũc magnus eſt numerus) ſtudiũ qui nõ tã oratiõibus & poematis effingẽdis quã auctorũ caſtigatiõi nimia audacia inuẽtiõeq̃ plus ſubtili interdũ q̃ uera intendũt, nã dũ qlibet ꝓ captu atq̃ arbitrio ſui ingenij atq̃ augurio caſtigare uult poetas diuerſiq̃ diuerſa ſeu ſtudio emulationis & cõtra dicẽdi ſeu nimię ſubtilitatis gloria caſtigẽt, fit ut plærũq̃ ſenſus poetę penitus obſcuretur, atq̃ qd potiſſimũ ſit ſequendũ ignoret. quorũ cõcertatiõe diuerſaq̃ opiniõe interdũ hallucinatione, ego niſi uelim errare cogor interdum uti & meo iudicio in exponendis poetis & quid ſequendum opinandum ue ſit ſtudioſe inueſtigare. De Francis poſtremo quanq̃ alio loco plura dixi, nũc tamẽ dicã oĩa eſſe falſa & fabulas meraſq̃ nugas, ea quę dicũt̃ de eorũ a troiãis origine, qm̃ de ſolis ęnea & Antenore legitur apud ueteres ſcriptores, q ab incẽdio troião ſupſuerint, in exteraſq̃ nationes ꝑfecti ſint, ita dicit Liuius iã primũ omniũ ſatis conſtat Troia capta in cęteros ſeuitũ eſſe troiãos, duobus ænea Antenoreq̃ & uetuſti iure hoſpitij, & q a pacis reddẽdęq̃ Helenę ſemꝑ auctores fuerũt omẽ ius belli achiuos abſtinuiſſe. q̃ ſi ut poſſibile eſt alij etiã elapſi in diuerſas regiões ſint ꝑfecti, hoc tamen nemo ſcribit ex ueteribus. ſed ſolum quidam recentiores fabulatores potius q̃ hiſtorici, dum ea aſtruant quę nemo ſcire poteſt,

& dum ſuos uolunt magnos oſtēdere ridiculo exponūt. quorum fabulæ
ex eo maxime deprehendūtur dum ſibi non conſtant, nec ullus cū alio con
ſentiat maximeq; diſcrepātia inter ſe referant. pręterea nullus unq; ſcripto
rum ueterum quibus ſolis in hac re fidem habere poſſumus Sicābros cir-
ca męotida paludē habitare tradit, nec item ullam Romani expeditionē
fecerunt ad illam, & Franci diu ante Valentinianum fuerunt in Germa-
nia, adeo ut omnia falſa fabuloſa & mentita luce clarius deprehendantur
proinde cum Robertus Gaguinus annaliū francicarū cōpilator cū multa
de eorū origine cōtraria & abſurda repeteret, nihil eorū eſt auſus affirma
re, ſciens ſe falſitatis accuſatū iri, ſed ne germanis hoc laudis tribueret. ſuos
ab illis propagatos rem in dubio relinquit. At pius ſecūdus ſatis audacter
fabulatus eſt in ſua Europa, nō tamē ex proprio ingenio, ſed fabulis franci
genarum confiſus (ne hominē ueritatis ſtudioſum carpere uidear) quē Sa
bellicus & multi recentiores ſequūtur. Francos Troianos ab origine dele
to Ilio duce Priamo Priami ex ſorore nepote per pontū euxinū in Męoti-
dos paludes in Scythiam perueniſſe, ibiq; ciuitatē ędificaſſe, quā uocaue-
rint Sicambriā, ex quā dicti Sicambri, cunq; ut ipſe pergit Scytharꝝ multi
Ro. impio ſubiecti eſſent, & ipſi quoq; tributa penderūt, manſerūtq; vecti
gales uſq; ad tēpora Valētiniani cæſaris. quo imperāte Alani imperiū ue
xare cęperūt, imperator uero propoſito edicto libertatē in decenniū eis ꝑ
miſit, qui alanorū ferocitatē cōpeſcerēt, allecti eo pręmio Sicambri arma
ſumpſerūt, alanoſq; bello uictos deleuerūt, ob quam rem libertate in decē
nium ab impatore donati ſunt. & mutato nomine Franci appellati. quod
attica lingua ſiue feroces ſiue nobiles ſonat, Itali francos liberos uocant, Ex
acto decennio cum Romani ſolita tributa repeterēt, Franci ob ipſam liber
tatem effrenes facti parere recuſarūt, principes eo tēpore francis fuere Pri
amus & Antenor antiqui nominis ac uirtutis, Quibus copias ductātibus
prelium cū Ro. conſertū eſt, in quo Priamus ipſe cum fortiſſimis ſuę gentis
cecidit. qui cladi ſuperfuerūt ex Scythia digreſſi ſunt, & in Germaniā pro
fecti, in partibus Turingiæ conſederūt &c. hæc ille. Hęc omia merę ſunt fa
bulæ, nihil eorū uerū, nihil ueriſimile, quibus nulla recepta hiſtoria, nullus
receptus & certus auctor ſuffragatur, quibus deeſt fides rerū & tēporū,
nec uerum eſt ꝙ Euſebius in chronographia hoc dicat, cui de Francis nihil
cōſtitit. aut Hieronymus ſuperaddiderit, ſed Palmerius addidit ſupiori tē
peſtate, ꝓpter prauā de angelis opinionē combuſtus. Antoninus nō diuer
ſa dicit, cui cū cæteris in hac re nihil credo, in notitia em̄ uetuſtatis atq; in hi
ſtoria ſuperiorū tēporū, quo pacto poſſumus credere illi uel alteri pro ſuo
arbitrio ſomnianti, dum ſine auctoritate ea affirmet, quę multis ſeculis ei9
ætatē. hoc eſt multo plus q̄ duobus millibus annorū anteceſſerūt, diuinare
hoc eſſet, ſed ſpiritus nō tam ocioſus aut pronus eſt ad tam inanē diuinati
onē, ut unde Franci uenerint hiſtoricis ꝓdere curet, At dixerit quis, unde

igitur ſumpſerũt illi uiri ſuas hiſtorias, uel potius fabulas? ut tu aſſeris, Tã
tam dico eſſe mortaliũ ambitionẽ ut nemo non ſuã ciuitatẽ atq; gentem
nedum familiã nobiliſſimã atq; uetuſtiſſimã haberi uelit, hoc ipſe Liuius
de Roma teſtatur, Quę ante conditã (inquit) condendãq; urbem poeticis
magis decorata fabulis q̃ incorruptis rerũ geſtarũ monumẽtis tradunt,
ea hic nec affirmare nec repellere in animo eſt. Datur hęc uenia antiquita-
ti; ut miſcẽdo diuina humanis primordia urbiũ auguſtiora faciat, mlti &
alij populi nimiũ effuſi ſunt in prędicãdis auctoribus ſuæ gentis. Vnde nõ
dubiũ quin Franci qui uel ſupbiſſimi prędicãtur, hoc idem facere conent,
quorum tamẽ error uſq; adeo patet ut nemo non intelligat fabulas eſſe ea
quæ de Troianorũ origine mentiũtur præſertim cũ æneas Siluius ſcribat
nullã eſſe gentẽ quæ gallorũ ſuperet ambitionẽ, in hũc aũt modũ & aliter
ſcribit Vincẽtius gallus Francũ quendã ſiue Franconẽ ex Hectoris filijs a
quo francorũ nomẽ tractũ anno ante Chriſti aduentũ. M. C. X VII. una
cum Antenore alijſq; troianis a fratribus proprijs fugatũ, prius tota Aſia
peruagata ad Danubij ripas tandem perueniſſe, ibiq; cũ aliquãdiu conſe-
diſſet, mox auctore Antenore locũ quæſiſſe, a cõmuni hominũ ſocietate
ſeiunctum ad thanais fluenta & męotidis paludes ſeceſſiſſe, ubi Sicambri
am urbẽ cõdiderit, qui cũ prædictis hallucinatur, fabulator egregius, quo
niã quidẽ conſtat Homerũ non plures uno Scamãdro (quẽ & Aſtyanactẽ
uocãt) Hectori liberos aſſignaſſe, nec Anaxicratẽ, nec Euripedem, quorũ
alter Argolicorũ ſecũdo, alter in Andromacha, nothos Hectori filios edi-
tos aſſerũt ex pellicibus, uſq; alicuius Franconis uel Franci meminiſſe, alij
non Francũ, ſed Francionẽ dicũt, ſicut Annomi⁹ monachus qui ſcribit tor
gorũ una cum francione Troia abeuntẽ Thratiã perijſſe, & ab eo torgorũ
gentẽ nomẽ eſſe ſortitã, a francione uero francos, multũ diuerſa ab alijs re
ferẽs, nec eſt ullius cũ altero cõcordia, & pro eo q̧ quilibet pro ſua libidine
fabulatur, nec ullus cũ alio cõueniat, poſſumus non obſcure deprehendere
meras eſſe nugas, quibus ut dixi nec ulla hiſtoria recepta, nec ſeries reꝝ nec
tẽporũ quadrat aut ſuffragatur. Et ut omnibus pateat q̃ fabuloſe hæc ex-
cogitata ſint, Primo ex hiſtorijs ueterib⁹ nemo unq̃ colligere poteſt antiq
tus fuiſſe uel Frãcos, uel Sicãbros, uel iuxta Danubiũ uel paludem Męoti
da, quomodo ergo ego poſſum habere fidẽ uel ænee Siluio, uel Vincẽtio
gallo uel Antonino qui referũt ſine uetuſto & idoneo auctore de rebus q̃
eos duobus millibus annorũ & plus anteceſſerũt, nec itẽ Priami ullus ue-
terũ ſcriptorũ meminit, qui filius regis Priami ex incẽdio troiano in exte-
ras profectus ſit regiones, nec itẽ Frãci mentio fit, q̃ puenerit uel ad Danu-
biũ uel Męotim. Manethon tamẽ ægyptius ſacerdos ſi res nõ mẽtiatur au
ctorẽ & liber ad arbitriũ aliquorũ non ſit corruptus, ut multi credũt tem
pore Aſcanij francũ quẽdã Celtis imperaſſe ſcribit, q̊d omnino cõtrariũ ſu
pradictis, & cui null⁹ cõcordat, ſed ſiue uerũ ſit ſiue nõ, ille frãcus nullũ no-

men in gallia in qua regnauit poſt ſe reliquit,tēpore eñ Iulij Cęſaris Pto-
lomei,Straboniſs,Pomponij,Plinij,& omniū ueterū hoc nomē in gallia in
auditū fuit,quapꝓpter Annius Viterbienſis antiqtatis exqſitiſſim⁹ explo
rator dicit,quis iſte frācus,aut q̃ pacto Rex a celtis ſuſcept⁹ fuerit neminē
legi,poſtea dicit Vincentiū galliū hiſtoriā eſſe ꝓſecutū,ego aūt dico fabu
las eſſe,quę quis ꝓfert ex antiqtate ſine auctore,hęc cū omnis homo intelli
gat nō quadrari,nec eſſe quicq̃ ſolidū in quo cōueniant omnes iſti fabula
tores,ſequit̄ poſtremo,ut cętera fabuloſa intelligam⁹ dū luce clari⁹ oſten
dam frācos nō tēpore Valētiniani in germaniā ueniſſe,ſed multo ante no
minatos in germania,nec ulla in regione nomē habuiſſe,niſi in germania
& donec ex Germania in Galliā tranſiuerint,adeo ut nemini obſcurū ſit
indigenas eſſe Germanię,nec deſunt auctores etiā græci,ita eñ dicit Aga
thias gręcus auctor francorū natio proxima eſt Italiæ,& terminis iuncta,
ueteres tamē hos germanos dixere,nam circa Rhenū habitāt gallorumq̃
magnā partē occupāt,qui quanq̃ ut reliqui germani ſunt barbari romana
tamē politia & alijs inſtitutis utuntur,ſunt & chriſtiani & rectiſſimę opini
onis.Ex quo ſatis cōſtat ex ea natiōe migraſſe quę trans Rhenū nūc quoq̃
Franconia dicit̄.Idē teſtatur Hieronymus in uita Hilarionis,Inter Saxo-
nes(inquit)quippe & Alemānos gens eius nō tam lata q̃ ualida apud hi-
ſtoricos Germania nūc uero Frācia uocatur,nō igitur uerū eſt tēpore Va
lentiniani Francos primū in Germaniā inuaſiſſe.Hieronymus hęc ſcribit
de Conſtātij imperatoris quodā candidato,qui Valētinianū lōge anteceſ
ſit.Claudianus item ſub Theodoſio longe ante Valentinianū oſtēdit Frā
cos eſſe germanos dicēs,Paſcat Belga pecus,mediūq̃ ingreſſa per albim,
Gallica Francorū montes armēta pererrant.Vt procul herone per uaſta
ſilentia ſiluæ.uenari tuto liceat.legitur aūt Conſtantius Flauij Cōſtātini
filius primus Ro.ducum Francos in patria ipſa Frāconia domuiſſe,quo tē
pore non ſolū in Frāconia fuerūt,uerū etiā cis & ultra Rhenū Batauiā & fi
nitimas regiones occupauerūt.p̄terea cōſtat nec Conſtātinū nec Valētinia
num ullā feciſſe expeditionē ad Thanaim uel Męotidis paludem,nec legi
unquā a Ro,ullā militiā ad iſta loca agitatā,cū Strabo dicat in undecimo
Tanais hoſtia ſcimus ſupra hoſtia uero nihil pene notum eſt,præter frigo
ra.Vnde omnia fabuloſa ſunt quę dicūtur de Valētiniano & eius ad Tha
naim expeditiōe,p̄terea tēpore Iuliani cæſaris teſte Ammiāo fuerūt Fran
ci cis Rhenū q Arcuarii dicebāt̄.Inde dicit Oroſius li.vii.Valētinianū ſu-
piorē ſaxonū gentē in oceani littorib⁹ & paludib⁹ inuiis ſitā uirtute atq̃
agilitate terribilē p̄iculoſam romāis finib⁹ eruptionē magna mole medi
tantē in ipſis Francorū finibus oppſſiſſe,hic nō poteſt alit̄ intelligi niſi de
frāciscis & trāſrhenāis,ꝓpt̄ fines Ro.qui nulli fuerūt ultra rhenū ne dū iu
xta thanaim,nec obſtat q̄ d̄r Paludib⁹ inuiis germaniā eñ romāi eis in-
cognitā plenā eſſe paludib⁹ & ſolitudīe fabulāt̄.vñ dicit Cor.li.xx.eadē
ſp̄ cauſa germāis trāſcēdēdi in gallias ut relictis paludibus et ſolitudinib⁹

ſuis ſortū diſſimū hoc ſolū poſſiderēt Et Panegyricꝰ Cōſtātini filio Cōſtātij
dicatꝰ pariter francos germanos dicit, Quid loquāt (inquit) ruriꝰ intimas
francię nationes nō iam ab his locis quę olim Ro. inuaſerāt, ſed a proprijs
ab origine ſuis ſedibus, atq; ab ultimis barbarię littoribus auulſas, ut in
deſertis gallię regiōibus collocatę etiā pacē Ro, imperij cultu iuuarēt, & ar
mato delectu, Et q̄ vtꝗ manifeſtius intelligāt illos ex origine germanos eſſe
poſtea dicit, neq; enim in rheni gurgitibus ſed nominis tui terrore muni
mur, & poſt ſciunt poſſe franci tranſire rhenum quos ad necē ſuam libēter
admittas, ſed nec uictoriam poſſunt ſperare nec ueniam, quid ipſos ma-
neat ex regum ſuorū cruciatibus metiuntur, ideoq; tantum abeſt, ut am
nis illius tranſitum moliantur, magis ut coempto ponte deſperent, quibꝰ
omnibus liquido conſtat ſub Cōſtantino francos non ſolum in germania
indigenas eſſe, ſed & ſæpius tunc rhenum tranſgreſſos, nam & ante eum
ſub Diocletiano & Maximiano Franci & Saxones iuxta oceani littora fi
nes Ro. & Gallias infeſtabant, ut dicit Oroſius libro vij. & ut Panegyricus
dicit ad Maximianum Neruiorum & Treuirorū arua iacētia lętus poſt-
liminio reſtitutus & receptus in leges francus excoluit, ſed quid iſtos com
memoro, Ipſe etiam Cicero meminit cum ſueuis francorum li. xiiii. ad at
ticum, vnde & facile poſteriores francus dixerunt, fuit etiā ut in uetuſtis
germanorū libris inuenio, Franco nomen propriū & frequens apud ſue
uos & germanos, ut ſuſpicandū ſit ab aliquo frācone uel franco ex germa
nia franciā & franconiā factā. oīa em̄ alia quę dicūtur de eorū ex Troia
nis ex origine nec quadrāt, nec ulla auctoritate uel ratiōe atq; perſuaſione
uериſimilia fieri poſſūt, p̄ſertim cū tā ampliſſima gens quę tā totā Galliā q̄3
Alemāniam inundaſſe dinoſcit, nulla alia lingua inueniat locuta, niſi ger-
manica, exceptis Francigenis qui ex gallorū & ro. cōmixtione tandē itali
cā corruperūt Cū igitur Franci & Saxones fuerūt gentes ampliſſimę atq;
potētiſſimę, nec uſi niſi lingua germanica, q̄s dubitat eos eſſe indigeās ger
manię? Cū ſchlaui in Boiemia & q̄ inuaſerūt ſedes Vandalorū tenuis na-
tio, Hūgari & alię externę natiōes linguā ſuā externā retineāt, licet vndiq;
fere ſepti germāis ſint, legi inſup nuper fabuloſas hiſtorias cuiuſdā Peter
māni Etterlin lucernēſis uernaculo ſermōe cōſcriptas q̄ abſurda & futilia
meraſq; nugas blacterat, de origine triū pagorum apud Heluetios ſcilicet
ſuitenſium, vriēſiū, atq; inferiorū ſiluestriū quos uulgo vnderualdenſes
uocāt, q̄s dicit cepiſſe inhabitari aliq̄t non tamē multos ānos ante Rudolfū
cæſarē Suitēſes ſuā referre originē ad Suedos alios duos p̄iter ad Gotthos
& Hunos, quibꝰ nihil fabuloſiꝰ excogitari p̄t, primū de ſuedisq; nullā unq̄3
expeditiōem legant feciſſe in noſtrā terrā, ſatis cōſtare alibi p̄baui, de aliis
q̄s nō rideat q̄ ab Hunis & gotthis deſcendāt, q̄s auctor ille rerū & hiſtori
arum omniū impitiſſiꝰ unā gētē credit, unūq; rḡe attribuit, q̄ fuerūt duę di-
uerſiſſimę atq; inter ſe inimiciſſimę atq; m̄ltis ſeclis an̄ Rudolfū cęſarē explo
ſę & eiectę, non mō ex germāia uerū & aliis etiā r̄giōibꝰ, p̄ſertim ex Italia &

Gallia,anteq̄ȝ illi pagi ex illius opinione ceperunt inhabitari,nō credo in-
ſuper,nec Gotthos nec Hunos ueniſſe in iſtas alpes atq; tam ſiluoſos atq;
aſperos mōtes,quoniā Baſilieſes ut referūt annales noſtri dū Hunorū uim
& perfidiā ꝓferre deſperaſſēt,deſerta urbe ſua Baſilea,atq; hoſtibꝰ in præ
dā relicta,in montes proximos Heluetiorū fugiētes tute delituerunt,ſunt
aūt illi montes multo magis peruij & penetrabiles q̄ȝ alpes triū pagorum
de quibus ſuperius dixi,Vnde nō abſcure intelligit̄ Hunos atq; Gotthos
nunq̄ȝ illos montes inuios atq; penuria omniū rerū laborantes aut adijſſe
aut inhabitādos delegiſſe,aut penetrare potuiſſe,ſed quāta mutatio rerū
(ſi uerū dixerit auctor ſiluestres illos incolas ab Hunis deſcēdere) dū Ba
ſilea olim magnifica ciuitas prudentia atq; fortitudine pollēs atq; ſacratiſ
ſimo impio fidiſſima patrū noſtrorū memoria.ut perfidiā & inmanitatē
Hunorū uitaret,deſerta urbe in montes ꝑfugerit,nūc uero mutata mēte
deſerto impio ſine omni ui atq; neceſſitate,in ſūma tranquilitate & pace
in ſocietatē illorū cōceſſerit,ſed ut ad inſtitutū regrediar,quis hoſtis non
faueat? illis ſiluestribus pagis auctores ſuę gētis Gotthos & Hunos? Impi
os hereticos perſecutores chriſtianorū raptores & latrones,ſed quo ani-
mo accipient Suitzenſes & alpeſtres homines tā fœdam & turpē originē
uix ęquo ut ego exiſtimare uelim,legi aūt has fabulas Petermanni ſūma
cū indignatione ꝙ ſcribat falſa,ſibi repugnātia, contra omnē rerū & tem
porū ſeriē,cōuitia,contumelias & cōpoſita mēdacia.deteſtanda profecto
ciuitas foret in qua editus & impreſſus eſt ille fabuloſus & famoſus liber,
ſi ſciens conſenſerit & admiſerit,ſed multo plus calchographus qui libidi
ne habendi fas & nephas iuxta ęſtimans cōtumelijs & mendacijs patroci
natus eſt,vtinā dignam recipiat mercedem,ſed prudēs & magnificus ſe
natus Argentinenſis optime ęgit,qui publico edicto hūc famoſū librū in
ſua vrbe uendere ꝓhibuit,cuius auctor Petermannus cū ſit fabulator &
idiota & apertiſſime cōtra ueritatē multis in locis garriat,nō placuit mul
ta in eius nugas ſcribere ,niſi ꝙ nu primo Heluetiorū bello plus q̄ȝ dici po
teſt mētiatur ,ſemꝑ em̄ mille noſtrorū a ſuis interfectos refert,ubi vix ce.
ſunt deſiderati,cēteſimāq; partē ſuorū interfectorū nō cōmemorat,adeo
vt totus ſit adulator omnia ad gratiā & fauorē eorū inter quos natus eſt
& hodie degit,uictūq; queritat,nihil ad rē geſtam ueritatēq; loquatur,q̄s
nugas & fabulas adeo adulanter in laudē ſuorū,hoſtiūq; apertā cōtume-
liā cōfictas Nemo bonus uir rerū geſtarū illiꝰ belli expertꝰ,ſine ſtomacho
legere poterit,quas etiā ſuis cōpagenis gentilibuſq; diſplicere nō ambigo,
ꝓbatioribus uolo,dū eos adulationibꝰ celebrare cu[illegible] & falſo,quos rebꝰ
uere geſtis (nō nego em̄ Heluetios in eo bello patrios fines fortiter eſſe tu
tatos) poſſit illuſtrare.Cui tamen danda uenia eſſet ut Ioſephus Nicolao
Damaſceno voluit qui adulatꝰ eſt Herodi uiuēti,ſi nō hiſtoriā ſed laudē
& Panegyricū ſuorū ſcripſiſſet,niſi aperte & falſo alios homines extrā eos

Infamaret,ſcripſit aũt multa alia nec uera,nec ueri ſimilia,nec temporib⁹
nec rebus quadrãtia,de quibus ſuo loco latius euagabimur. Cũ igitur(ut
a diuerticulis & tranſuerſis itineribus ad regiã uiam redeamus)multis ra
tionibus & perſuaſionibus, auctoribuſq; receptis conſtet prædictas gen
tes omnes eſſe nationis germanicę,nõ opus eſt enumerare res eorũ in bello
geſtas omniũ maximas & pręclariſſimas,cũ multi id copioſis ſint libris cõ
plexi,dum etiam nemo neſciat eorũ inundatione totam Europã eſſe attri
tam, Aſiam atq; Africam afflictam,maximoſq; & copioſiſſimos tam Ro
manorũ ꝙ aliorũ populorũ exercitus ab eis ꝓfligatos atq; deletos,notũ
eſt em̃ Valẽtem imperatorẽ Valẽtiniani ſuperioris fratrẽ gotthico bello
ſuperatũ & occiſum Valẽtinianũ ſupiorem uomitu ſanguinis ob germa
norũ excurſiões illyriiq; per eos uaſtationẽ factam extinctum eſſe,Odo-
acrũq; regem Turcilingorũ & Rugorũ inuito Zenone Romã obtinuiſſe
Oreſtem & Paulũ fratrẽ imperiũ uſurpantẽ occidiſſe,& Auguſtulũ exilio
damnaſſe.Decium imperatorẽ a Gotthis periiſſe,Gallum Trebonianum
tributa pependiſſe,ęmilianũq; cæſum,omnes illos cęſares atq; imperium
uſurpãtes hę gentes conculcarũt,Romãq; ſæpius expugnauerunt atq; di
ripuerunt.imperiũq; tã occidẽtale ꝙ oriẽtale diſſipauerũt atq; cõtriuerũt

## PERORATIO AD PRINCIPES GERMANIAE ¶ Caput xx.

Audiſtis hactenus o principes Germaniæ fortitudinẽ inuictãq; animi
magnitudinẽ,ueriſſimãq; laudẽ & gloriã maiorũ ueſtrorum licet breui
epitomate,Quorũ res pręclariſſime geſtas æmulamini quęſo.eſtis em̃ illo
rum ſanguis,illorũ effigies certiſſima,in uobis relucet mirifica illa maiorꝝ
ueſtrorũ nobilitas,atq; animi magnitudo. Turpiſſimũ ducite ab illis de-
generare,qui rebus fortiſſime geſtis cunctis fere gẽtibus iugum impoſue
runt ſeruitutis, pulcherrimiſq; orbem terrarũ uictoriis peragrauerũt, fue
rũtq; formidabiles in primis,nolite cõmittere,ut florẽtiſſimũ hoc imperiũ
quod maiores immo patres ueſtri multo ſanguine & factis glorioſiſſimis
paribuſq; ſtudiis uobis pepererũt.uos ipſi per ſecordiã,& negligẽtiã amit
tatis,quod ne cõtingat ponite quæſo ſolũ inteſtinas ſeditiones,contraria in
ter uos ſtudia & uolũtates,peſtiferaſq; factiones,unica & maxima euertẽ
dorũ regnorũ inſtrumẽta,ſatis exemplorũ alienæ uobis clades præbẽt,hę
em̃ ſolæ, Macedonas mũdi conculcatores,Lacedæmonas bellicoſiſſimos
Athenienſes illuſtriſſimos,Romanos poſtremo dominorũ dominos red
didere ſeruos,atq; penitus euerterũt,adeo ut ueriſſimũ ſit illud Liuii,ſacti
ones fuiſſe eſſeq; pluribus populis maiori exicio ꝙ bella,ꝙ famẽ,ꝙ mor-
bos,Quæ & uos o principes Germaniæ,o utinã uanus ſim aruſpex, labe
factabũt,in ſeruitutẽq; deiicient,niſi illas atq; priuatũ ſtudiũ cũ ſecordia ſe
poſueritis,Quæ enim alia res precor poſſet deeſſe nobis,non modo ad tu
tandã patriam,uerũ etiã ad totius orbis imperium nobis aſſerendũ,niſi hæ
illæ quas dixi diſcordiæ,diuerſaq; ſtudia,nõ deeſt uobis animi magnitu

do,deus præſens,prudētia militaris rei diſciplina,atq; peritia,& quicqd
ad bellicū apparatū,atq; expeditionē experi,aut deſiderari ab ullo poteſt,
qd autē bone deus dicā de militib⁹ germanis,quorū inuicta manus,atq;
eximia rei militaris peritia cunctis terræ natiōibus eſt formidabilis,quo
rumq; hodie auſpicio,& uirtute,omnes ferme principes europei bella ge
runt,rebuſq; arduis & claris in bello illuſtrātur,ꝙ hoc potiſſimū tempore
M.D.viij.ad uos gemens atq; lamētabiliter exclamo,o principes germa
ni,ꝗ hæc ſcribo,& quo Veneti (fœminis ueſtris effœminatiores,& quoꝝ
conſtat animos,niſi primus impet⁹ ad uotū ſucceſſerit plus q̄ fœminarū
emolleſcere)in ipſam Atheſinā prouinciam atq; Goritiam Germaniȩ por
tiūculas graſſant̄ Vos inq; germani principes appello,qui bonos illos &
fidiſſimos germanos (cæſare contra Sicambros pugnāte)in ſummo diſcri
mine,atq; periculo ſine omni auxilio & ope deſeritis,alieniſſimi ab inſti
tuto,atq; moribus maiorū ueſtrorū,qui ideo germani ideſt fratres ab ido
neis auctoribus non ab re dicti ſunt,ꝙ nunq; tanta laborauerint inteſtina
ſeditione,quin ut fratres,amici & unanimes in externū hoſtem profligan
dum congrederētur.Vos ecōtrario nulla formidine,nullis aduerſariorū
opibus cōterriti,uerū unica ſimultate,atq; rei priuatæ ſtudio diuerſaq; vo
lūtate ſine cura cōmunis ſalutis uniuerſi miſeros illos deſeritis Atheſinos,
& Goritianos,Venetiſq; copioſiſſimo externi militis exercitu(hoc eſt Hi
ſpanorū & Galli regis auxilio & copijs)inſtructiſſimis in prædā derelin
quitis,quorū diuiſis & uarijs exercitibus noſtri ſunt multo inferiores,alio
qui nec deeſſet eis hodie animus,nec fortuna,& bis iam fœliciſſime peri
culum fecerūt fortiter pugnātes pro libertate,duriſſimūq; ducentes ſerui
re imbellibus uiris.uos aūt o principes adhuc ſuccurrite,& omnia damna
reſartiemus.Ducite turpiſſimū ueſtro tēpore & uobis principib⁹ ueſtraq;
ſola culpa dum quilibet alterum expectat.nec aliquis opem ferre cupit,ut
Veneti(qui niſi ſcirent uos diſcordes,quēlibetq; ſuis tantum rebus ſtudē
tem,ne umbram quidem corporum noſtrorū intueri auderēt)nunc fines
germanicos inuadāt,qui nihil unq; fortiter,nihil ſtrenua manu,& uera uir
tute,nihil ȩquo campo conati,tantam potentiam ſolo conſilio inſidijs &
proditione ſunt conſecuti.Cōcutiat pectora ueſtra ꝙ homines in laudem
ſuam effuſiſſimi fabuloſis ſuis annalibus inſcribent,q̄quis mendaciter con
tra uniuerſos Germaniæ principes clariſſimis triumphis ueſtro tempore
bellaſſe,dum nemo ueſtrum adeſt,qui ſi paucis ſinguli militibus adeſſetis,
nemo ne cogitaret quidem reſiſtere,aut uos alicubi expectare,ꝙ ſi Sigiſ
mundi ducis auſtriȩ bello nuprimo(non omniū principum Germaniæ ut
ipſi mendaciter fabulati ſunt)ſexies Veneti profligati,quinq; leuioribus
conflictibus,una cum maxima uenetorū ſtrage,turpiſſimaq; fuga,gloriē
tur,fabuloſiſq; annalibus inſcribunt ſe res clariſſimas confeciſſe,referātq;
plures noſtrorū a ſe interfectos,q̄ fuerint uniuerſi milites germani,qui eos

in fugam (occiſis & ſubmerſis plusq̄ ſex millibus Venetis, adeptiſq; inter
ſpolia pluſq̄ M.CCC. equis, pluribusq; curribus) coniecerūt, maximaq;
ſtrage affecerunt, quo nunc gaudio, quibus triumphis, quanto uerborum
ambitu, ampulloſiſq; & phaleratis legationibus, ad omnes mundi partes
perferunt, ſe mille & trecentos (quem numerum ipſi tot millibus amplifica
bunt) cæſaris milites profligaſſe, licet per inſidias, & ad iniquum pugnan
di locum progreſſos, Se item Romano imperatori oppida, atq; arces licet
per proditionē, uel ut ipſi uolūt per emptionē clādeſtinā expugnaſſe atq;
abſtuliſſe, licet per abſentiā & negligentiam ueſtram, Conſcij etiam ſimul
tatum ueſtrarum, adiuti externo milite, auxilioq; & copijs francicis, ſoli-
tiſq; artibus hoc tentarint. Accurrite igitur uel hodie pro cōmuni ſalute
liberateq; Goritiam ueſtrā, quæ prius portiuncula liberę germanię, nunc
duriſſimā ſeruitutē ſub uenetis cogit̄ ſeruire, inferte ſigna militaria in im-
belles bellatores, & quos uirtus in armis inuictos reddidit, nonuincamini
factionibus. aut priuato ſtudio. aut futurā timeo non modo imperij. Ro.
amiſſionē, uerum etiam totius Germaniæ ruinam, quod deus immorta-
lis per ſuam miſericordiam, & nos per noſtram cōcordiā genuinamq; uir
tutem auertere dignemur, nam ut alias dixi, ſi ea nobis cōcordia, tantūq;
reipublicæ ſtudium fuerit, quantum maioribus noſtris, non ſolum non tī
meo priſcam Germaniæ libertatē peſſum iri, uerum etiam nihil nobis de
eſſe omnino uideo, quod impedire poſſet, quo minus totius orbis imperi
um adipiſcamur, uictriciaq; ſigna p̱ totū ſolis ambitū circūferam⁹. Amē

τελοσ

## AD VNIVERSOS GERMANIAE PRINCIPES Q̃ IVSTIS ſimum & toti Germaniæ glorioſum bellũ Cæſaris Maximiliani contra Venetos non adiuuent Querela Germaniæ. Bebelius auctor

O mea progenies dulciſſima, teutona pubes
  Accipias matris triſtia uerba tuæ
Illa ego terrarum domitrix, legumq; uerenda
  Impoſitrix olim gentibus innumeris
Cuius uictrices aquilas, uictricia ſigna
  Pertulit æous, occiduiq; duces
Cuius & imperium tremuerunt omnia regna
  Seruiuit gallus, Romulidæq; uiri
Lugeo nunc merito, dura ceruice parentem
  Q̃ me nunc proceres temnitis atq; duces
Nam Venetus populus, non iure aut fœdere motus
  Imperio inuaſit debita regna meo
Vulneribus quæſita meis & poſſidet arua
  Hiſtrorum, & ſegetes demetit Italicas
Hæc repetens forti nunc cæſar Maxmilianus
  Milite, metatur caſtra per Italiam
Fœliciq; manu ſummis in montibus arces
  Subiugat, atq; urbes ſub ditione tenet
De Venetiſq; actum foret, auxilijs modo ueſtris
  Adiutus ueſter ſi dominus fuerat
Quem nunc deſeritis, dum commoda, gloriam, honores
  Nominis antiqui iura referre licet
Quis furor o gnati? quæ uox tam dira? nefanda,
  Quæ tantum potuit conſuluiſſe nefas
Heu mihi quo patriæ ſtudium? quo decidit ardor?
  Nobilibus quantum degeneramus auis
Claſſica quin ſonitent, & ad huc Germania in armis
  Fulgeat, imperij quo reparemus opes
Aut male negligitur quæſitum ſanguine multo
  Maiorum imperium, gloria, fama, decus.

EPITAPHIA DOCTORIS PETRI IACOBI ARLVNENSIS prępoſiti Backnangenſis huius & S. Symeonis Treuerenſis eccleſiarũ canonici Cęſareani ducaliſq; ſenatoris uiri clariſſimi per Henricũ Bebeliũ Iuſtingẽſem cõpoſita, Petrus pro ſe

Quid iuuat a puero ſophiam ſtuduiſſe frequenter?
Rhetoricen, leges, iura ſacrata patrum
Nobiliumq; ducum pueros, & pignora chara?
Quid prodeſt nobis inſtituiſſe bene?
Quid luſtraſſe iuuat me te Germania mater?
Regna Boema ſimul? Galliam & Italiam?
Quid caſtella iuuat? legio quid? Bętica quid te?
Anglorumq; ſolum quid peragraſſe iuuat?
Quid iuuat & reges me me obſtupuiſſe loquente?
Omnibus acceptum quidq; fuiſſe iuuat?
Imperij proceres quod me luxere per unum?
Illuſtriſq; duces quid iuuat & comites,
Mors titulos famam, mors laudes, gloriam, honores
Ingenium, eloquium. deſpiciendo rapit,
Mors hominum curas, niſus & inania uota
Ridens. conculcans, cuncta prophanat atrox.
Pallidus en iaceo nulli iam gratus in orbe
Omnibus acceptus, qui prius ipſe fui,
At iuuat hoc miſerum, uirtutes ꝙ uenerabar
Hinc mihi confido conciliaſſe deum
Dilige uirtutes qui uis obijſſe beatus
Cætera ſunt fraudes quæq; ſub orbe placent

IDEM DE SE

Arlunum genuit, fouit me Sueuia, quęq;
Fecit honoratum, quæ ſepeliuit humo
Sed ꝙ humo me contingit dilectus amicus
Hiller Ioannes, hoc iuuat atq; placet
Qui collega meus mecum uigilauit ad horas
Et coluit mecum cum probitate pium

PRO EODEM BEBELIVS

Si uidiſſe iuuat quem nomina clara uirorum
Petrũ Arlunenſem contegit iſte lapis
Quod ſi cana fides, ſolers prudentia, uirtus.
Differret mortem, gloria, fama, decus,
Immortalis erat, cornicis uiuere dignus.
Longaq; tithoni ſecula dignus erat.
Sed cum fata uocant. cunctos mors improba raptat:

Omnibus & nigras iniicit illa manus
Et quia uir tantus, nunq̄ȝ reuocandus abiuit
Iam quoqȝ muteſcent ora diſerta uiri
Plangite direptum ciuilia iura patronum
Et decreta patrū pontificumqȝ νομοσ
Soluerat hic dubias lites, prudentior alter
Nec fuit in cauſis conſilioqȝ ducum,
Hic fuit eloquiȷ̄, πειθω facunda latini.
Mellifluo nouit cum Cicerone loqui,
Huius ab occaſu noteſcit ſolis ad ortus
Eloquium atqȝ urſis Arctophylaxqȝ tuis
Cæſaris orator, reges deuinxit iberos
Perculit externo regna britanna ſolo
Hoc ſine nec reges tractare negocia ſueti
Imperiȷ̄ cauſis omnibus intererat
At nil profuerant honor, & decus atqȝ diſerta
Verba, quibus mortem flectere nemo poteſt
Hinc ſapiens coluit uirtutes relligioſe
Cum probitate pium, cum pietate fidem
Subſidio quarum ſublimia regna petiuit
Sit requies animę, chara uiator abi.

Hæc tibi Gregorius curauit, Petre Iacobi
Lamparter, tibi qui dulcis amicus erat.

PRO EODEM TETRASTICHON H.B.

Qui canonas nouit plusqȝ romana paleſtra
Legeqȝ cæſarea Papinianus erat
Tullius eloquio, cunctis uirtutibus auctus
Hic Petrus Arluni gloria ſumma iacet.

Phorce in ædibus Thomæ
Anſhelmi Badenſis
Anno M.D.IX.
Menſe Au
guſto

